

THEOPHYLACTI
SIMOCATTAE
OPUSCULA.

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHI,
VIA JACOB, N° 24.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ.

THEOPHYLACTI

SIMOCATTAE

QUÆSTIONES PHYSICAS

ET EPISTOLAS

AD CODD. RECENSUIT VERSIONE KIMEDONCIANA ET NOTIS INSTRUXIT

JO. FRANC. BOISSONADE.

PARISIIS,

APUD J. ALBERT MERCKLEIN,

VIA DES BEAUX-ARTS, N° II.

MD CCC XXXV.

EDITORIS PRÆFATIO.

Quum, ante menses aliquot, a me redemtor honestissimus, qui nuper bibliopolium in Urbe aperuit, flagitaret ut sui gratia græcum aliquem librum ederem, cœpi forulos excutere, et quas olim e regiis codicibus mihi enotaveram variantes Theophylacti Simocattæ opusculorum lectiones reperi, plurimas eas nec contemnendas. Est Theophylactus scriptor non injucundus, nec ut in mala ætate malus, quemque pauci legunt, non quod a multis despiciatur, sed quoniam ob summam raritatem a paucis tantum possidetur. Igitur et propter redemtorem elegi Theophylactum, quia rarus est; et propter editorem, quia is esse videbatur cujus facili opere ac brevi tempore volumen possem recensere ac stipare notis. Nam a me quoque longæ notæ poscebantur; ac Merckleinius Callimachum plorare jubebat cum sua sententiola librum magnum magnum esse malum, et Ovidio severior nec arte eum valere aiebat nec ingenio, arte saltem vendendi libros.

De codicibus verbo monui initio notarum, nihilque addam amplius. Scriptoris enim non veteris non eam habent codices antiquitatem, ut iis describendis multum immorari debeat editor, qui suo et lectorum tempori parcere velit. Neque de editionibus multa faciam verba, quum sint bibliographorum libri plurimi et aditu faciles, quos non compilo. Ac tacuissem omnino, nisi foret quod de Vulcaniana utiliter significetur : videlicet duplicem esse quæ tamen una esse dicatur.

Vulcanius Theophylacti Quæstiones Physicas et Epistolas cum Cassii Problematis græce ex officina Patii Leidæ a. 1596 prodire jussit. Anno sequente, Theophylacti et Cassii volumini Juliani Imperatoris, Galli Cæsaris, Basilii et Gregorii Nazianzeni Epistolas aliquot tunc primum editas addidit, hornotinumque libro anniculo titulum in fronte posuit, epistola etiam dedicatoria ad Grulartum senatorem Rhotomagensem scripta cui et illius anni 1597 notam apposuit. Priorem editionem tantum noveram, quum in Heyleri Præfatione Juliani Imperatoris epistolas unquam fuisse una cum Theophylacto editas a Vulcanio negarem. Reperto demum anni posterioris exemplare integro, lectores Heyleri meliora doceo, lectores etiam Fabricii, qui, Bibl. Gr. t. 7, p. 585, in editione anni 1696 Juliani epistolas contineri affirmat, quæ tamen anno demum 1697 lucem

viderunt. Edidit igitur Vulcanius (nam liber rarissimus diligentius est recensendus) Juliani epistolas eas, quæ sunt in Heyleriana numeris signatæ 50, 51, 52, 63, 77, et ad hanc Basilii responsum; tum Galli Cæsaris epistolam; et Gregorii Nazianzeni unam ad Nicobulum, quæ in Billyana est ordine 209[a].

Doleo Vulcaniana recensione Heylerum uti non potuisse. Nam initium Epistolæ 51, quod obscuritate et lacuna laborans reliquit, facile lectu et integrum exhibuisset. Sic enim habet apud Vulcanium: Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσι. Εἰ μέν τις τῶν ἄλλων ἦν ὑμῶν οἰκιστὴς, λόγον εἶχεν οὐδ' ὣς Ἀθανάσιον ὑφ' ὑμῶν ἐπιζητεῖσθαι· νυνὶ δὲ κτίστου μὲν ὄντος Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως, ὑπάρχοντος δὲ ὑμῖν πολιούχου θεοῦ τοῦ βασιλέως Σαράπιδος ἅμα τῇ παρέδρῳ κόρῃ καὶ τῇ βασιλίδι τῆς Αἰγύπτου πάσης Ἴσιδι, οἱ τὸν ἑαυτῶν παραβάντες νόμον ἀπέτισαν ὁποίας ἦν εἰκὸς δίκας, ἑλόμενοι μὲν ζῆν παρανόμως, εἰσάγοντες δὲ κήρυγμα καὶ διδασκαλίαν νεαρὰν, τὴν ὑγιαίνουσαν οὐ ζηλοῦντες πόλιν· ἀλλὰ τὸ νοσοῦν μέρος ἐπιφημίζειν ἑαυτῷ τολμᾷ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα.

Cetera Vulcanii non persequar, quibus nunc non est locus, et quæ præterea minimi sunt ad rem criticam momenti.

Unam in Quæstionibus Physicis et alteram sententiam illustravi adpositis gallicis Morelli verbis. Scilicet Fed. Morellus Fed. F., professor regius ac

regius simul typographus, vir eruditissimus, cui tot græcos libros formæ maximæ et tot parvulos literæ nostræ debent, in gallicum sermonem Theophylacteas Quæstiones convertit hoc indice, quem propter opusculi raritatem describam : « Dialogue « de Théophylacte Simocatte sur diverses questions « naturelles utiles et plaisantes, et leurs solutions. « Translaté de l'original Grec en François par Fed. « Morel interprete du Roy. 1603 ». Forma est duodecima; paginæ sunt 46. Quum nec Fabricius in Bibliotheca Græca, nec Weissius in Biographia Universali ejus libelli meminerint, mihi casu cognitum aliis etiam innotescere non invidi vel Theophylacti amicis vel historiæ literariæ et bibliographiæ studiosis. Maittairium quidem, qui Morellorum vitam diligenter conscripsit, consulere mihi non licuit; sed quum Maittairio usus fuerit Weissius, qui de Morelliana versione tacet, opinor et Maittairium tacuisse.

EX EPISTOLA VULCANII
CL. GROULARTO *.

... Cujus quidem animi mei tibi addictissimi habe veluti pignus quoddam ac tesseram Theophylacti Simocatæ Scholastici atque Expræfecti, qui et Historiam Mauritii Imp. conscripsit, quæ exstat græce ms. in Bibliotheca regia (1) et Legationes (2); illius, inquam, habe nunc Ἀπορίας Φυσικὰς, quas inter alia bibliothecæ meæ ἀνέκδοτα diutius latere non sum passus. Quibus adjunxi ejusdem Epistolas Morales, Rusticas et Amatorias, quæ, ante annos centum apud Aldum excusæ, ἀνεκδότων δίκην censeri possint. Adjunxi et Cassii Problemata Medica, ob argumenti cum Simocatæ Ἀπορίαις similitudinem; denique Juliani Imp. et Basilii Magni epistolas aliquot ἀμοιβαίας, ut et Galli Cæsaris et Gregorii Nazianzeni, hactenus non editas. Ac de Juliani quidem hisce Epi-

(*) Præfixa est hæc Epistola editioni Vulcanianæ Leidæ a. 1597.

(1) Nescio quam dicat bibliothecam regiam. Hodie certe in regia Parisiensi Theophylacti Historia non exstat manuscripta.

(2) Excerpta Legationum, quæ in Commeliniana Quæstionibus et Epistolis adjecta sunt, non duxi repetenda, quod nunc in edita Historia locum habent proprium; et, qui me meo modulo ac pede metior, non eis manum injicere velim quæ tractaturum se Bekkerus promisit.

stolis tametsi dubitari possit an sint τῶν γνησίων, Basilii certe epistolæ, qua Juliano respondet ad illud ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων, Nicephorus Callistus meminit Ecclesiast. Hist. lib. 10, c. 25. Quæ quidem omnia, tam ob dictionis τὸ γλαφυρὸν, quam ob editionis τὸ εὐμεταχείριστον, non ingrata tibi fore putavi, si græce edita mitterem. Latina enim versa ad te mittere quid attinet, qui græcis literis non leviter tinctus, sed ita es imbutus ut cum optimis ejus linguæ interpretibus pedem conferre possis. Est et alioqui tanta Atticæ Veneris, quæ in epistolico hoc atque adeo ἐρωτικῷ scribendi genere expressa est elegantia, ut latino penicillo difficulter vel adumbrari queat. Adjecissem vero in hasce Juliani Imp. Epistolas variantes lectiones et conjecturas notasque meas, nisi eas in reliquarum quæ antehac editæ fuerunt Epistolarum editionem reservarem. Circumferuntur enim illæ, ut et Misopogon et Cæsares reliquaque ejus scripta, non parum mendosæ. E multis vero duos locos adscribam, in quibus unius literulæ corruptela interpreti tantas tenebras offudit, ut eum in fœdissimos errores impulerit. Prior est in Misopogone p. 75 [Martin. = p. 351], ubi legitur, πρὶν μᾶλλον νομῆσαι τῆς κεφαλῆς τὸ γένειον, quod interpres ridicule vertit, « pluris « mentum capitis æstimare »; alter est in Epistolis p. 184 [Martin. = Ep. 18], ubi legitur οὐδ' ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, quod æque absurde interpres ille parum certe ἀγχίνους vertit, « neque ob amatorias aliquas querimonias »: quum illic, pro νομῆσαι, legendum sit κομῆσαι, hic, pro μέμψεως, μέμφεως, sensu planissimo pariter et elegantissimo. Sed de his aliisque alias. Tu vero, clarissime

amplissimeque vir, interea dum Philostrati Epistolas, illis quæ ab Aldo olim editæ fuerunt multo auctiores, spero etiam castigatiores, prælo apparo, hisce Theophylacti Simocatæ, eorumque quos eis adjungendos putavi, delitiis fruere.....

JANUS GRUTERUS (*)

CHRISTOPHORO PFLUGIO (**),

IN EUTEREN, ETC.

S. P.

Ita est natura mea, ita consuetudo, nobilissime Pflugi, ut semel amicos perpetuo habeam amicos, quamvis ipsi forte sive temporis sive loci spatio minus tales; nedum eos constanter diligam, qui mutuæ charitatis jucundum exercent certamen, quotidieque qua moribus qua eruditione sui fiunt meliores, qualis tu

(*) Hæc Epistola præfixa est græco contextui qui ex officina Commeliniana prodiit a. 1599.

(**) Fuit in Misnia nobilissima Pflugiorum prosapia (vid. Parei Præf. ad Anal. Plaut. p. 5), ad quos nescio an pertinuerit Christ. Pflugius iste. Longa Epistola Christ. Pflugii, Schureriani typographei præfecti, præmissa est Plauto Taubmanniano. Ait quidem Paquotus, Memor. t. 16, p. 32, fictum esse id nomen ac polemicum; et Pareus, laudata Præfatione illam Pflugii epistolam refellens, hypobolimæum præfectum vocat, et spectrum et phantasma. Equidem facile crediderim admovisse manum Plautinæ Pflugii epistolæ Gruterum; sed non fuit umbra et nomen sine corpore Christ. Pflugius, cui oratione seria et gravi Theophylactum dedicat Gruterus.

mihi es unus non e multis, mi Pflugi : ideoque non tam te tuo merito amo quam pereo. Sane ea tua erga me præsentem absentem fuere officia, ea etiam reverentia, ut vix optet majora, non frater a fratre, sed a filio parens. Nam quid dicam, quo fervore, qua via festines ad Virtutis illud et Honoris commune templum? omnium certe in te vertis vultus, omnium elicis acclamationem ac plausum; haud eorum modo quibus doctrinæ ac probitatis sua purpura, sed vel quibus lenocinans aliquis fucus. Quo magis doleo cruciorque meo morbo biennali, per quem in hoc tuæ laudis theatro unus ego spectatorum turpiter quietus et mutus. Ne tamen de animo nostro dubites, hem tibi Theophylactum Simocatum, si non alterius rei, at mentis meæ qualecunque pignus; quoque affectum saltem meum et favorem, hoc est vota gratesque, partim resignem, partim obsignem. Prodiit idem iste Græce ante annos fere duos studio, ut puto, viri atque amici clarissimi Bon. Vulcanii, cui se multa Græciæ debent κειμήλια : sed noster iste integrior pleniorque, beneficio amicissimi Andreæ Schotti, hominis perpaucorum hominum, tantæque prothymiæ, ut, quum cæteri bibliothecas suas habeant pro carcere, ipsius tribunitia videatur domus, certe janua semper sit aperta. Eratque alioqui jam tum sub prælo, quum publicaretur ille Lugdunensis, suppressitque Commelinus noster, dum honestaretur qualicunque versione Latina. Ne absolveret, in causa fuit ejus mors (1), ut præpropera, sic

(1) Mortuus est Commelinus d. 17 nov. a. 1597 : vid. Zeltner. Theatr. p. 529.

literis Græcis damnosa. Id nunc ego facio, nominis tui præscriptione, mi Pflugi : atque vel ideo probabis; etsi alioquin ipse auctor a se pullus Gratiarum ac Veneris merus, quique allectet teneatque tyronem quemvis, nedum te nostrarum Musarum signiferum unicum; idque Jani Dousæ F. loco; cujus obitum (1) immaturum, tam digni successoris caussa, aliquanto fero patientius. Eitelb. die xx Febr. cIↃ IↃ IIc.

(1) Mortuus est Janus Dusa Jani F. « asthmate consumtus, « eodem anno (1596) exeunte, vel initio anni 1597, nondum ex- « pleto ætatis anno vicesimo sexto ». Verba sunt Siegenbeekii Laud. Jani D. patris p. 130.



AD ILLUSTREM VIRUM

JOSEPHUM SCALIGERUM

[IN OBITUM JANI DUSÆ FILII] *.

Ergo, quum circa Dousæ nova funera, questus
  Audierit toties Lunaque Solque meos,
Flebilibusque modis sic responsaverit Echo,
  Vocis ei tanquam reddita jura forent;
Absit ut haud etiam te, Scaliger, alloquar, altum
  Sic quoque quum penito pectore vulnus alas.
Nam quei non Dousæ raptu cor edaris, et ille
  Perpes in obducta stet tibi fronte dolor;
Quum te non aliter vivus dilexerit olim,
  Quam solet unigenum pignus amare patrem?
Quum tu non aliter vivum dilexeris olim,
  Quam solet unigenum pignus amare pater?
Ah ferus est, cordisque loco gerit aspera cautis
  Fragmina, cui siccis heic licet esse genis:
Usque adeo cunctis cecidit miserandus, adulta
  Queis colitur Virtus, Palladiumque decus.

(*) Extat alia elegia Gruteri, sed brevissima, « Manibus Jani « Dousæ filii » inscripta in Delitiis poetarum Belgicorum t. 2, p. 808.

Sicut enim cæli mox fornice sidera migrant,
Ut Phaethon Indo littore prodit eques,
Contextuque comæ gemma squallentis et auro
Clarificatque solum clarificatque salum :
Haud secus æquales longe superabat, adulta
Queis colitur Virtus Palladiumque decus.
Nec quis spirituum tantorum erat orbe Boreo,
Quin ultro Clariam cederet ille rudem,
Signatisque adeo tabulis submitteret omnem
Ingenii juxta judiciique facem.
Nec mirum : multis longisque laboribus artes
Discere quas alii per tria lustra solent,
Imbibit articulo nascendi protinus ipso
Dousa, senesque puer qui superabat erat.
Sic Cadmæa seges pugnat vix nata, docetque
Vix rutus e terra fata futura Tages.
Utque manu artificis Cybeleia subdita buxus
Mille refert volucres ordine, mille feras :
Sic habilem studiis Natura quibuslibet ultro
Finxerat, inque artes ambitiosus erat.
Si Ciceronæo libuit decurrere circo,
Si Demosthenico ponere calle pedem;
Ipsa palato ejus Carmenta vigebat, et ejus
Immiscebatur dædala Suada labris.
Si fuerat fidibus citharæ committere plectrum
Et fidibus similes adglomerare sonos;
Ipsi plaudebat Daphneide Phœbus ab umbra,
Ipsum Thespiacis Musa rigabat aquis.
At quæ non illi reseraverat orgia Virgo
Quæ, sine matre, sui vertice nata patris!

Tam grave, tam leve nil pepli textura tegebat,
Condiderat gravido quin cerebri ipse penu.
Hinc, quicquid gestum terrarum partibus ullis
Tempus ad hoc, ab anu Deucaleonis aqua,
Protinus ambrosio promebat flumine linguæ,
Dulichii cui vox cederet uncta ducis.
Hinc etiam astrorum viresque viasque notarat (1)
Non secus ac lapsus si foret arce poli.
Quid loquar, ut scriptis priscorum plurima membra
Sanarit criticæ dexteritate manus,
Luminaque intulerit solaribus æmula vatum
Romulidum nocti, Graiugenumque rubis (2)?
Quid loquar, ut Batavæ gentis factum omne vetustum
Undique de Latiis legerit historiis,
Illud et affabre corpus formarit in unum (3),
Dulcia more catæ mella legentis apis?
Hæc inter, placidam non vana Superbia mentem
Ventoso inflarat follis inane sui;
Oblitæ verum mera Simplicitatis imago,
Comis erat vultu, pectore comis erat.
Quumque trifaux hodie Invidiæ doctissima quæque

(1) « Anno 1591 parvum edidit libellum, quo continentur *Rerum « cœlestium liber primus*, cum poetica præstantia tum rerum philoso- « phicarum accurata cognitione commendabilis; *In laudem umbræ « declamatio et carmen*, etc. ». Siegenbeek. l. l. p. 129.

(2) Edidit Dusa in Catullum, Tibullum ac Propertium commentarios, Spicilegium in Petronium, Animadversiones in Plautum, quibus et multa de Græcis auctoribus immiscuit.

(3) Quos sermone latino conscripsit Bataviæ Annales Janus Dusa pater multum filii industriæ debent; cujus quæ fuerunt in opere præstantissimo partes diligenter significat Siegenb. l. l. p. 85; cf. et p. 127.

Ingenia obsideat possideatve lues;
Nil in te juris tenuit tamen, imo nec oris
Flamine te potuit, Dousa, subire sui.
Sique foret, juxta Momi consulta (1), fenestræ
Per speculum, formam cordis obire tui,
Non ibi Avaritiæ lateat Fraudisve venenum,
Quæque probet Luxus, quæque Libido probet,
Sed Pudor et Probitas, Candorque colore nivali,
Gemmea sed Pietas, sed decumana Fides.
Fallor? an exemplar tete Virtutis opimæ
Doctrinæque orbi miserat aula Jovis?
Exemplar, cui nil retro simile ulla dedissent
Nec simile ulla dehinc postuma sæcla darent,
Si modo parsisset Mors rumpere falce sororum
Fila, dealbassent dum caput omne nives?
Sic reor. At talis, talis tamen occidis, heu, heu,
Quum modo vestiret primula lana genas!
Occidis hybernus veluti Sol, ultima Thule
Quem nasci pariter conspicit atque mori;
Occidis! et non tunc Nerei gemuere cavernæ?
Non tremulo tellus tunc adaperta sinu est?
Non tunc emicuit tonitralibus ignibus æthra?
Non hinc tunc atque hinc dissiluere juga?
Ah Titan, Titan! abiisti aversus in ortum,
Quum gnatos crepero frangeret ore pater,
Et graderis recto per Olympum limite, carptim
Mors gravis et Dousam tigridis ungue terit?
Non tibi lux, inquam, medio deperdita cœlo est,

(1) Lucian. Herm. 20.

Ut terræ illud obit suave polique decus?
Heu, quod non habeo Rumor quibus utitur alas,
Sive tuas, Siren, sive, Cupido, tuas!
Haud cessem certe penetrare palatia divum,
Dum propior solium sisterer ante Jovis;
Huncque trecena rogem, totidem cum vocibus, ora,
Brachia quo possent verba manusque dare,
Fasque foret fari pedibus, farique capillis (1),
Totque loqui, subsunt quot mihi membra, modis.
Tunc etenim decreta deorum adamantina tristi
Invidia, nullo fine modoque premam.
Nam quid iniquius hoc, ut perpetuo ordine vernus
Usque tepor, glacians usque recurrat hyems,
Nuncque coquat Cererem flammato Seirius æstu,
Nuncque coloretur pinguibus uva jugis,
Et tamen a sortis pendere libidine tota
Res hominum, fama est quos genus esse deum?
Nam quid iniquius hoc, ut hirudo crebra Monetæ,
Utque togatorum natio torva canum (2),
Vix a decrepito senio solvatur, et ævi
Omnia dapsiliter puncta superstes agat,
Quum propere Fortunæ inter pœnasque minasque
Occidat, ut dignum est vivere quidque diu?
Nam quid? sed vocem furor eheu! strangulat iræ;

(1) Hinc patet acquievisse Gruterum in vulgata apud Euripidem lectione κόμαισι, in loco quem imitatus est, Hec. 815 : Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐκ βραχιόνων, Καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι, καὶ ποδῶν βάσει.

(2) Publicani, trapezitæ, et rabulæ. Ob nomen *hirudo* sic puto interpretandum. Sed in Gruteri versibus post J. P. Lotichii Encomium pediculi, *Moneta* est *Mnemosyne* : « masculo ausu te Monetæ « infers tholis ».

Spiritus et cerebrum jam mihi bilis agit.
Heu plango! heu crucior! Meleager et arsit ut absens
In ligno sua quod torruit igne parens;
Sic etiam, quamvis divisus millia multa,
Efferor absentis funere, Dousa, tui.
Efferor. At quam te mea fata vicaria mallem
Fonte redemissent de Stygialis aquæ!
Qualiter occubitu vixit Cornelia Gracchi (1),
Qualiter Alcestis Thessalus ille pavor (2).
Id sed enim quoniam Mortæ numen (3) vetat, eia!
Communem tecum, quod licet, ibo viam.
Nempe valetudo me sicut iniqua tenebat
Quum foret ante annum copia, Jane, tui;
Sic quoque nunc eadem totos depascitur artus,
Ebibit ac vitæ cuncta elementa meæ.
Jamque adeo superest vix pristinæ imaginis umbra;
Sumque onus, a terra prima quod aura levet.
Ante tamen quam membratim distillo, meique
Quod superest lente februa flamma vorat,
Fas, divi, fuerit supremi pignus amoris
Largiri extremis Dousiadæ inferiis.
Atque utinam fusci lymphæ dominarer Hydaspis,
Curreret aut Rubrum sub mea jura Mare!
Ultra pyramidum moles, scopulosque Cyclopum
Immane educam Manibus ejus opus.

(1) Plutarch. Tib. Gracch. c. 1.

(2) Protesilaus.

(3) Eruditior pro poeta Gruterus rancidum, et, quod pejus est, dubiæ fidei nomen e Livii Andronici Odyssea sublegit: vide Gellium 3, 16. Natalis Comes Myth. 3, 6, p. 208, latine vertens Pausaniæ locum 5, 19, 1, κῆρα in Mortam mutavit.

Planities extet stadiorum mille, decemplex
  Quam proprie argutæ persecet amnis aquæ.
Ambiat hanc dense quincuncis sylva figuræ;
  Sylva deo Clario cara, deæque Gnidi.
Multus ibi regnet viridantibus oscen in umbris,
  Integret ac varios ales ubique sonos.
A læva surgat de marmore porticus atro,
  Doctorum effigie vermiculata virum.
Ad dextram libris pateant armaria, cedat
  Queis vel Pergamei bibliotheca vetus.
Hæc intra stagnum, maris instar, obambulet hortos,
  A quibus haud ullo tempore Flora migret.
Heic triplex cantet, sed non cum funere, Siren;
  Cantet et heic, sed non jam moribundus, olor.
Hortorum medio templum stet, quale Dianam
  Urbe unquam certum est non habuisse sua (1).
Transcendant nubes auro ex fulgente columnæ;
  Latoïdæ accendant gemmea tecta jubar.
Heic Arabum raris fument suffitibus aræ,
  Unio quas circum visque adamantis eat.
Illic de solido stent cuncta anathemata textu,
  Sive, pyrope, tuo, sive, smaragde, tuo.
Parte alia, divum gravitate chorea serena
  Spiret, et artificem sic quoque quæque notet.
Praxitelem marmor fateatur, fucus Apellem,
  Lysippum æra Ephyræ, sculptile Phidiam ebur.
E regione, sed in vultus animata Batavos,
  Dousiacæ niteat multa figura domus.

(1) Respectu ad templum Dianæ Ephesiæ, quod fuit unum e septem orbis spectaculis.

Omnibus obnubant violacea serta capillos;
  Omnibus exornet laurus honora manum.
In medio tu stes radiato, Jane, capillo;
  Cui latus hinc Pallas claudat et inde Charis.
Os circum sedeat taurina propago (1), palato
  Sueta tuo quondam surripuisse favos.
Pendenti penna plus una requirat aëdon
  Nunc quoque adore (2) tuæ vocis, ut ante, frui.
Quumque palam monumentum istud tibi, Dousa, dicarem,
  Exuperem Siculi justa suprema senis (3);
Nec mecum certent solennia Mausolea,
  Nec cinis Archemori, nec tua pompa, Pelops.
Non tamen aut caperer cursus proponere equorum,
  Amplave præcipiti præmia ferre pedi.
Nec mihi se uncta Pales, nec se mihi dextra probaret
  Cæstifera, aut discus, mors, Hyacinthe, tua.
Sed vocet ex omni præconum natio mundo,
  Linguaque quos clarat ingeniumque senes;
Dousiadæque mei mores vitamque poeta
  Plurimus omnigena carminis arte canat;
Oratorque frequens dicundis laudibus ejus,
  Æstivum jugulet voce perenne diem;
Cernat et historicos recitantes stella Diones
  Et quum mane et quum vespere linquit aquas.
Omnibus his præsis certantibus, omnibus une,
  Scaliger; his tribuas dona parata manu:

(1) Quæsita nimis apium periphrasis.

(2) Ausonio *adore* foret tribrachys. Sed in *adorea* secunda est longa. Ausonio, non Grutero, lis movenda.

(3) Gelonis Syracusarum tyranni.

Dona quidem lauri ramo de simplice, sed quæ
Anteirent Magni sic quoque Regis opes.
Iis ut enim plausus movisset utrinque theatrum,
Sparsisset flores et super omne genus,
Non secus a cunctis mox exciperentur, arenæ
Quam pugil urbe sua victor Olympiacæ.
Ah pereat, quisquis Clius Suadæque clientes
Attalicæ gazæ credit amore rapi!
Aurum et opes inhiet terræ gens dedita : gentem
Demissam superis famaque lausque juvat.
Sic tamen oggerat iis mea magnificentia torquem (1),
Linea elenchorum quem numerosa gravet.
Accedat digitis Beronices ille topazon (2),
Auri bacca duplex quam Cleopatra tulit (3).
Urbibus in magnis vero statuaria dextra
Pluribus ipsorum publicet ora modis :
Inque omni saxo vivant omnique metallo;
Stentque decus ceræ, stent eborisque decus.
Sed quo me raptat morborum insania? sed quid
Somnio thesauros exul Achæmenios?
Sit satis ah! sorti nostræ, si squaleo luctu,

(1) De torque oggerenda, cogitat poeta, puto, quia Dousa pater « pro conscriptis patriæ annalibus ab Hollandiæ Westfrisiæque « Ordinibus torque aurea fuit donatus », teste Siegenbeekio l. l. pp. 85, 167.

(2) Vide Plin. H. N. 37, 32.

(3) Plin. H. N. 9, 58. Talis phantasia est ægri somnium, quod et ipse Gruterus mox fatebitur. Quid enim ridiculius, quam poetæ illi laureati, qui auribus molliter fenestratis barbaricos regulos referant? Meminisse videtur cultus quo Pygmalion deamatum ebur ornabat : « Dat digitis gemmas; dat longa monilia collo; Aure « leves baccæ .. pendent ».

Omnibus obnubant violacea serta capillos;
  Omnibus exornet laurus honora manum.
In medio tu stes radiato, Jane, capillo;
  Cui latus hinc Pallas claudat et inde Charis.
Os circum sedeat taurina propago (1), palato
  Sueta tuo quondam surripuisse favos.
Pendenti penna plus una requirat aëdon
  Nunc quoque adore (2) tuæ vocis, ut ante, frui.
Quumque palam monumentum istud tibi, Dousa, dicarem,
  Exuperem Siculi justa suprema senis (3);
Nec mecum certent solennia Mausolea,
  Nec cinis Archemori, nec tua pompa, Pelops.
Non tamen aut caperer cursus proponere equorum,
  Amplave præcipiti præmia ferre pedi.
Nec mihi se uncta Pales, nec se mihi dextra probaret
  Cæstifera, aut discus, mors, Hyacinthe, tua.
Sed vocet ex omni præconum natio mundo,
  Linguaque quos clarat ingeniumque senes;
Dousiadæque mei mores vitamque poeta
  Plurimus omnigena carminis arte canat;
Oratorque frequens dicundis laudibus ejus,
  Æstivum jugulet voce perenne diem;
Cernat et historicos recitantes stella Diones
  Et quum mane et quum vespere linquit aquas.
Omnibus his præsis certantibus, omnibus une,
  Scaliger; his tribuas dona parata manu:

(1) Quæsita nimis apium periphrasis.

(2) Ausonio *adore* foret tribrachys. Sed in *adorea* secunda est longa. Ausonio, non Grutero, lis movenda.

(3) Gelonis Syracusarum tyranni.

Dona quidem lauri ramo de simplice, sed quæ
Anteirent Magni sic quoque Regis opes.
Iis ut enim plausus movisset utrinque theatrum,
Sparsisset flores et super omne genus,
Non secus a cunctis mox exciperentur, arenæ
Quam pugil urbe sua victor Olympiacæ.
Ah pereat, quisquis Clius Suadæque clientes
Attalicæ gazæ credit amore rapi!
Aurum et opes inhiet terræ gens dedita : gentem
Demissam superis famaque lausque juvat.
Sic tamen oggerat iis mea magnificentia torquem (1),
Linea elenchorum quem numerosa gravet.
Accedat digitis Beronices ille topazon (2),
Auri bacca duplex quam Cleopatra tulit (3).
Urbibus in magnis vero statuaria dextra
Pluribus ipsorum publicet ora modis :
Inque omni saxo vivant omnique metallo;
Stentque decus ceræ, stent eborisque decus.
Sed quo me raptat morborum insania? sed quid
Somnio thesauros exul Achæmenios?
Sit satis ah! sorti nostræ, si squaleo luctu,

(1) De torque oggerenda, cogitat poeta, puto, quia Dousa pater « pro conscriptis patriæ annalibus ab Hollandiæ Westfrisiæque « Ordinibus torque aurea fuit donatus », teste Siegenbeekio l. l. pp. 85, 167.

(2) Vide Plin. H. N. 37, 32.

(3) Plin. H. N. 9, 58. Talis phantasia est ægri somnium, quod et ipse Gruterus mox fatebitur. Quid enim ridiculius, quam poetæ illi laureati, qui auribus molliter fenestratis barbaricos regulos referant? Meminisse videtur cultus quo Pygmalion deamatum ebur ornabat : « Dat digitis gemmas; dat longa monilia collo; Aure « leves baccæ ... pendent ».

Jane, tui, exque oculis ille abit imber aquæ,
Ejus inundanti mox totus ut æquore mergar,
Ni siccaretur corporis igne mei:
Igne, Cupidineæ non quem facis intulit æstus,
Sed creat Eumenidum jam modo quarta Febris.
Heu cremor! heu cinefio! tuis tamen obsecro ne sit
Vilior idcirco nænia nostra sacris.
Imo sit hoc potior, quia fati, Dousa, sub ictu,
Immemor ipse mei, sum memor ecce tui.
Sanguinis et certe dum stabit guttula venis;
Mane mihi fletus, vespere fletus eris;
Eque macro fugiet quum spiritus ultimus ore,
Exequiale tibi tunc quoque fingat (1) epos.
Imo, Gruterorum dum stirps, illique propinqua
Stirps Utenhoviadum (2) ducet in orbe moras,
Ipse itidem auriculis Belgarum, Dousa, vigebis,
Funereo multum te memorante tono.
Heic quoque, Othoniacæ (3) juxta juga frigida Silvæ,
Vesca Palatinus radit ubi arva Nicer (4),
Ut raptus sæclis notus tuus omnibus extet,
Manibus institui funus inane tuis.
Diversisque licet fera Pestis abegerit oris (5)
Cor Academiæ consiliumque Ducis;

(1) An « finget »?

(2) Proxima Gruteri Epistola Car. Utenhovio scripta est, in qua sub finem mentio fit utriusque propinquitatis. Ibi plura p. xxix.

(3) Silva Othoniaca est dicta vernacule *Ottenwaldt*.

(4) Vernacule, *Necker*.

(5) « Evenit ut pestilentissima lues, quæ tunc omnes Germaniæ « provincias permeabat, Heidelbergam infestaret ». Zeltner. Theatr. pag. 529.

Pindaricæ dominus citharæ tamen ipse Melissus (1),
Ac gemina Phœbi Smetius (2) arte potens;
Et Colbingerus Catii Consique sacerdos (3);
Scultetusque (4) favor tergeminæ Uranies,
Antiquæque tenax fidei Witekindus (5) et oris,
Actææque ferax flos Comelinus heræ (6),
Te mecum veris lacrimis flevere, nigraque
In tunica exequias rite obiere tuas;
Dousæique meum prope ripam nominis altar
Terque quaterque mero circumiere pede.
Illud et Arrabiæ lustratum thuris honore,
Balsameisque litum stipitis unguinibus,
Sic obtexerunt violaque rosaque, decembris
Tantillum nequiit queis gravis esse rigor,
Flos ut odoris apum nubem electaverit, atque
Nunc quoque ibi in laudes bombilet inde tuas.
Dumque sacrum pleias threnum tibi nostra perorat,

(1) Paulus Melissus, poeta magni oris, cujus odæ præcipue olim laudabantur. Nam quis nunc eas legit? De Melisso vide Creuzerum V. S. ad Sylburgii Epist. p. 10, seqq.; Gruteri epistolam in J. P. Lotichii Promuls. crit. p. 95.

(2) Henr. Smetius, quem Melch. Adamus Vit. phil. t. 1, p. 420, lumen Germaniæ vocat. Fuit medicus ac poeta, saltem « fungens « vice cotis » poetis fuit utilis scripta Prosodia. Ejus filiam duxerat Gruterus a. 1592. Vid. Gruteri Epist. in Burm. Sylloge t. 1, p. 274; M. Adam. l. l. t. 2.

(3) Fuisse Jurisconsultum suspicor ex periphrasi.

(4) Fuit theologus, philologus et philosophus Abr. Scultetus, itaque favor, si dis placet, tergeminæ Uraniæ.

(5) De Herm. Witekindo vid. M. Adam. l. l. t. 1. Ejus habeo librum, non vulgarem nec hodie valde utilem, Vitas Cæsarum e Suidæ Lexico excerptas et in latinum sermonem conversas.

(6) Hier. Commelinus, typographus, Atticæ flos Minervæ.

Harmonicaque replet proxima voce juga,
Plurima de latebris prorepsit daulias, ac, ceu
Ver foret, haud unum jecit ab ore melos.
Ex illo, semper cantu tibi, Dousa, parentat,
Nec potis est linguæ ponere lassa modum.
Quoque magis libeat durare, tibi mea laurus
Quam posui patulo vertice tota viret;
Nec modo pendentes philomelas æthere, verum
Rhenanæ quasvis vallis inescat aves.
Hæ simul ac coiere, tibi quo promere cantus
Usque queant, seu sol lunave regna ferat,
Pensilis, exemplo castrorum, clepsydra noctem,
Quatuor in partes dividit atque diem:
Unaque centuria assidue tribus excubat horis,
Inferiumque cito gutture carmen hiat;
Carmen, quod Veneris laudent genialia Tempe,
Mnemosidumque novem se vel in aure probet.
Interea Dousam vallis, Dousam aggemit ocris (1),
Frigus et antrorum, Naiadumque liquor;
Oppositumque nemus Dousam, Dousam hirta remittunt
Rupium; et allachrymant hinc pecus, inde fera.
Miratur, nullo ante auditos tempore, questus
Panica gens, et stat vix memor ipsa sui.
Cassibus auritis facit aucupium inde Napæa,
Hinc Dryas, haud meminens claudere muta labra.
Laurus at illa tuam mea quæ superintegit aram,
Jane, loquax ramis ut strepit, utque comis!

(1) Malo eo vocabulo Gruterus, cariosarum vocum auceps, usus est et in trochaicis ad J. P. Lotichium : « Eque Musarum viretis « Gratiarumque ocribus Publici infers mella cellis dulcia alvearii ».

Flamine namque auræ leviter libata pusillo
   Complosis foliis sibila clara ciet.
At Boreas ipsi melior simul ingruit, artus
   Concutitur totos fervidiore modo.
Quodque leves calami, quod tibia rauca quiritat,
   Quod plectrum citharæ, nervia fletque lyræ,
Quod tristes litui, quod ahenea cornua plorant,
   Quod tragicæ clangunt ante sepulchra tubæ,
Hoc simul omne unis laurus singultibus edit,
   Jactat et ad superi sidera deinde poli.
Illa rubent pudibunda; novemque volumina cœli
   Nescio quid mœstum visa dolensque queri.
Jure quidem : sed quid? potius lugere decebat
   Insidiaretur quum tibi Mortis acus.
Namque hostes oleæ si virgula separat, etsi
   Jam spirent certam tela manusque necem,
Quei non enneas illa rotarum musica, quei non
   Flexissent Erebi tot simul astra deas?
Quei non? sed rursus caput ira accenditur, haudque est
   Integra præ rabido verba dolore loqui.
Tu, precor, ergo istum, tu, Scaliger, excipe luctum,
   Nostraque claudatur nænia fine tuo.
Excipe : tale aliquid nam certo Dousa meretur :
   Illi alias faciat nec mea cura satis.
In cineres vertit solidum rubigo metallum,
   Ingluvieque ævi solvitur ipse silex;
At threnum, tua quem pietas illustrior edet,
   Temporis annosæ daps negat esse gulæ,
Impatiensque domari aut igne aut imbre, senecta
   Pulcrius ac vivax fit magis atque magis.

Annue, o ætatis thesaurus, Scaliger, aureæ,
  Nostraque claudatur nænia fine tuo.
Sic etenim non Dousa modo, sed et ipse Gruterus
  Eripiar Lethes nocticoloris aqua,
Remigioque vehar mundi per inania Famæ,
  Donec erunt homines, funera donec erunt.
Annuis? ac tibi jam volup est depellere binis
  Nominibus Ditis Persephonesque situm?
O ita cum Phœbo soror ingeniosa Minerva,
  O ita cum Fidio Calliopea velit!
O ita, tu vatum mere Phœnix, Scaliger! annos
  Sic etiam unigenæ rite volucris agas!
Haud tamen aut arens senio, vel debilis artus,
  Sed vegetus, veluti Sapphica cura Phaon (1),
Usque adeo ut terras cœlo mutare recuses,
  Jam vivens factus nempe vidensque Deus.

JANUS GRUTERUS,
animo ut corpore æger.

(1) Nota de Phaone fabula, cui seni Venus juventutem reddidit et pulchritudinem. Vide Arsenium p. 461, cujus narratio, cum Apostolio consentiens, hisce clauditur verbis : οὗτος ὁ Φάων ἐστὶν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις αἷμα ἐποίησεν. Quæ potuit latina facere Pantinus. Equidem, quum ea non possim intelligere, pro αἷμα, reponam ᾆσμα.



CAROLO UTENHOVIO *

NIEULANDIÆ, ETC. DN. VIRO NOBILISSIMO, DOCTISSIMO,

JANUS GRUTERUS.

Simocati isthæc quæ vides inscripserat nomini tuo Kimedoncius noster, Colonia Agrippina redux : partim testandæ gratitudini, quod, dum isthic apud vos ageret, nullo non benevolentiæ ac prothymiæ genere eum prosecutus fueras; partim quoniam et Græcas literas, et ætatem ejus, quæ pueros vix exibat, optime novisses, ideoque et errantem corrigere humaniter, et erratis comiter veniam dare posses. At enim, ut Menandrino versui fidem adstruxit,

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος,

fatisque ac Deo visum eripere ipsum rebus humanis quum solummodo vixisset annos septemdecim, menses ix, dies viij; quod ipsemet præpropero abitu impeditus præstare nequiit, id ego nunc præsto : opus,

(*) Præfixa Epistola latinæ Kimedoncii versioni ap. Commelinum a. 1598. — De Carolo Utenhovio vide Melch. Adam. Vit. philos.; Siegenb. l. l. pp. 57, 125; Marron. n. ad Kimedoncii vitam in Biogr. Univers.; et n. supra p. xxiv. Fuit Grutero propinquus, quem voluit quoque in filii locum adoptare. Symbolum sibi suum nomen fecerat græce detortum : οὐθὲν ὁ βίος.

spero, et tibi pariter et defuncto gratum acceptumque; ideoque simile quid mox facturus circa utriusque Philostrati Imagines, Heroica, Epistolas, etc., nec non Descriptiones Callistrati, Alciphronisque Epistolas, quæ omnia vertit Latine (1), si minus accurate, quid mirum? imo quid tum? Satis est æstimationi hominum subjecisse quantos qualesque fructus hæc arbuscula latura fuisset, paulo maturior, quæ jam tunc præcocis ingenii luxuriabat flosculis et colore simul et odore commendabilibus quo paris ætatis vix digitali assurgant frutice, nedum inoculentur decore aliquo gemmeo. Tu sane, Utenhovi, istud', quicquid est, libens excipies, scio, et fovebis; tam Kimedoncii nomine, quam meo, cui tam multiplici, et patriæ, et propinquitatis, et communium literarum, aliarumque necessitudinum vinculo conjungeris.

(1) Illæ versiones lucem non viderunt, ac latere puto in Heidelbergensi Bibliotheca. Versio Philostratearum Imaginum latina, eaque pessima, quam ex illa Bibliotheca habuisse se Jacobsius ait Præf. p. 34, fere crediderim esse a Kimedoncio factam.



EX PRÆFATIONE RIVINI *

. . . Cui nunc quidem [Cassio] socium et aliquo intervallo comitem dedimus Theophylactum Ex-præfectum, cognomento Simocatum, non modo quod, ut supra jam tum præmonuimus, Bonaventura quoque Vulcanius (cui se multa Græciæ debent κειμήλια) ante eumdem Cassio coadunasset, sed et uterque problemata seu ἀπορήματα φυσικὰ conscripsisset. Præcipue vero commendatur Dialogus hic ut politissimus et argutissimus a Jano Grutero, qui, post Jacobum Kimedoncium F. interpretem, illum ipsum Simocatum publicavit (1). Sed laudi ejus nonnihil detraxit Photius (2), qui Theophylactum ab Ægyptiis voluit genus duxisse, tametsi ipsemet in Præfatione Dialogi se in Græcia natum asserat. Ibidemque Photius orationem non invenustam, sed nimiis tropis et allegoriis juveniliter luxuriantem sententiasque anxie constipantem, eidem tribuit et quasi exprobrat Simocato. Sic enim ipse in periocha seu brevi com-

(*) Edidit Andr. Rivinus Lips. 1653, in-4°, Cassii iatrosophistæ et Theophylacti Simocati Naturales Quæstiones, gr. et lat.

(1) Videtur credidisse Rivinus versionem Kimedoncii ab ipso fuisse publicatam. Græca, et Kimedoncii latina, edidit Gruterus, hæc a. 1598, illa a. 1599.

(2) Biblioth. cod. 65.

prehensione Historiarum scripsit Photius : ἀνεγνώσθη Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως ἱστοριῶν λόγοι ὀκτώ. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ Θεοφύλακτος τῷ γένει Αἰγύπτιος. Ἡ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μέν τι χάριτος· πλήν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακορὴς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀποτελευτᾷ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ παρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. Τὰ δ' ἄλλα οὔ τι ἐς μῶμον ἥκοι. Ex quo loco fit manifestum Theophylactum hunc præfectura fortassis apud Ægyptios functum et munere quod vocant scripturarii: ita enim Gruterus (1) interpretatur nomen ἀντιγραφέως ex Lucillio lib. 26 : « publicarum rerum assuefiam, ut « scripturarius ». Vide Nonium. Christianum vero fuisse apparet tum ex aliis, tum quod secundæ Dialogi partis præfatione Bacchum vocat fabulosum deum.

Porro licet Simocatta vel Simocatus hic noster Platonis legat vestigia et dialogos sectetur, atque hic quidem poetas, quos republica sua exigebat et comiter semovebat, ob garrulitatem et quod invocati se contuberniis hominum ingerant, hirundinibus composuit (2); at Simocatæ etiam Theophylacto, initio Dialogi sui, hirundinibus exæquari gloriosum videbatur; sicuti quoque Cassandra apud Lycophronem vaticinationem suam claudens φοιβόληπτον sese χελιδόνα appellavit. Plura in eam rem require in Adversariis Dn. Barthii l. 4, c. 6, et l. 5, c. 22, nec non l. 34, c. 2 (3); ubi, pari modo Platonicas cicadas æmulatus, hic Theophylactus tempore meridiano

(1) Non Gruterus, sed Kimedoncius. Vide p. xxxiv.

(2) Barth. Advers. 4, 6; 23, 6.

(3) Ipse ad Epist. 1, n. 2, locis Barthianis sum usus, nescius fuisse ab Rivino occupatos.

maxime canoras illas dilaudat, quibus quidem crescentibus solis radiis crescat quoque cantus, unde scite solari calore ebrias eas percinere dicit (1). Atque idem quoque nob. Dn. Barthius l. 7, c. 7, de palmarum amore mutuisque affectionibus et conjunctionibus atque nutibus et adsibilationibus, non ex Ammiano saltem et Claudiano, sed et ex Simocata hoc nostro aliisque multa loca constipavit. Et sane Simocates hic noster sophista sive *scholasticus* multis egregiis viris in deliciis fuit; adeo ut ejus Epistolæ Ethicæ, Agrestes, et Amatoriæ, a Jacobo Cujacio JC. latinitate donatæ et cum cæteris Græcorum Epistolis Aureliæ Allobrogum a 1506 excusæ fuerint (2). Nec minus ergo Dialogos sive Problemata utriusque Græci sophistæ sapientibus cordi futuros speramus.....

(1) Epist. 1.

(2) Vetus est error ac sæpe confutatus. Latina versio editionis Genevensis Cujacium non habet auctorem, sed anonymum quemdam hominem eumque mediocriter doctum. Vide Fabric. Bibl. Gr. t. 5, p. 586.

DE THEOPHYLACTO

ET EJUS SCRIPTIS

[MONITUM KIMEDONCII].

Theophylactus hic genus quidem ab Ægyptiis duxit, ut ait Photius, sed natus fuit in Græcia, ut ipse de se testatur, in præfatione Dialogi. Præfectura alibi functus est, et munere quod vocant scripturarii. Ita enim interpretor ἀντιγραφέως, ex Lucillio lib. XXVI: « Publicarum « rerum assuefiam, ut scripturarius (1) »: vide Nonium. Christianum fuisse apparet tum ex aliis, tum quod secundæ Dialogi partis præfatione Bacchum vocat fabulosum deum (2). Exstat hodie ejus hic dialogus, et politissimus, et argutissimus. Epistolæ etiam quibus tersiores aut doctiores esse vix possunt. Historiæ ejus superesse

(1) Pontanus videndus initio Præfationis in Historiam Theophylacti. Reddi mavult Pontanus « custodis coactorum ». Nomen est nunc subobscurius: vide infra p. 166. Non potui Pontani locum legens non ridere hominis fastum, qui bonum illum juvenem Kimedoncium non est nominare dignatus: « quidam » ait, « putavit « reddendum scripturarius ». Credo de Judæo et Turco potius quam de Protestante humaniter loquuturum fuisse Pontanum Loyolistam.

(2) Vid. p. 18, 5. Ibi qui pro μυθικὸς conjiceret μυστικὸς ludicram, non criticam, artem faceret. Cf. τῆς μυθικῆς ὕδρας Epist. 16.

dicuntur in Vaticana Romæ. Nam hæc quæ interpretamur (1), ἐκλογαὶ sunt, sive excerpta e legationibus. Omnia verba sunt Simocati, si modo particulam ὅτι abjicias, quam nos a reliquis, quia excerptoris est, secrevimus.

(1) Quæ ego non retinui : vide p. ix, n. 2.



ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΠΟ ΤΩΝ ΕΠΑΡΧΩΝ

ΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΑΠΟΡΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙΛΥΣΕΩΝ ΑΥΤΩΝ.

Η ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ *.

Τὰς χελιδόνας ὑπὸ τῶν μητέρων ἀκήκοα τὴν παρ' αὐταῖς (1) ᾠδὴν ἐκδιδάσκεσθαι (2) μουσικῶς· οὐ γὰρ ἀπαιδεύτου γεννήματος χελιδὼν ἀκούειν μήτηρ (3) ἀνέχεται. Διδάσκουσι τοίνυν ἐκεῖναι τὰ ἔκγονα (4) πόλεσιν εἰσοικίζεσθαι (5), προσᾴδειν τε ἀνθρώποις (6) καὶ περιλαλεῖν θαλάμοις ᾠδὴν ἐναρμόνιον.

Ἄγε οὖν ἄγε (7), μουσικώτατε σύλλογε, εὐγλωττίαν δίδου παιδὶ, καὶ προσᾴδειν θεάτρῳ με δίδασκε καὶ περιλαλεῖν ᾠδὴν ἀττικὴν ἄρτι μανθάνοντα μουσικῶν ἐπιβαίνειν θαλάμων. Εἰ δέ (8) τι καὶ τῶν ᾠδικῶν ἔξω γενοίμην ῥυθμῶν, ὑπηχεῖτέ μοι φιλοτίμως τὰ λειπόμενα (9), ὥσπερ ὁ παρὰ τῷ Λοκρῷ τῷ Εὐνόμῳ τῆς μελῳδίας τέττιξ συνέρι-

θος (10). Ἔδοξε καὶ Τεύκρῳ στρατεύεσθαι καὶ τροπαίων ἐρᾷν καὶ πολεμικῆς ὀρέγεσθαι παρατάξεως· οὐκοῦν τῇ προϐολῇ τῆς ἀσπίδος Αἴας ἐτείχιζε, καὶ τοξότης ὁ Τεῦκρος (11) ἦν ἐξοχώτατος· Αἴας γὰρ ἦν τῆς ἀριστείας ὑπόθεσις. Ἀνάσχεσθέ μοι, ἀνάσχεσθε, ἄνδρες (12) διδάσκαλοι, ὥσπερ ἀσπίδα, τὴν ὑμετέραν εὐμένειαν· καὶ κρότος ὅπλα μοι εἴη τὸ τήμερον. Καὶ νικηφόρος, οἶδα, γενήσομαι, εἰ καὶ μὴ (13) βαρϐάρου γῆς ἐπιϐέϐηκα. Εἰ δὲ καὶ μητέρα τέχνην οὔπω κεκλήρωμαι (14), ἀλλ' ἔστι μοι λόγος (15) ὅθεν ὑμῖν, καὶ λόγους (16) ἔχω πατρίδα, καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος ἡμέτερα.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ *.

α'. Ποίῳ λόγῳ ἄκαυστος ὁ ἀδάμας καὶ φύσεως πυρὸς ἔστιν (1) ἀμέτοχος;

β'. Ποίῳ λόγῳ τὰ πτερὰ τῶν ἀετῶν ἐπιτιθέμενα (2) τοῖς τῶν ἄλλων ζώων πτεροῖς φθορὰν αὐτοῖς ἀπεργάζεται (3);

γ'. Ποίῳ λόγῳ οἱ ἐλέφαντες οὐ πρότερον πίνουσι πρὶν ἂν ὑποθολώσωσι (4) τὸ ὕδωρ;

δ'. Ποίῳ λόγῳ ἡ νάρκη διὰ μέσου τῶν χάλων τοῦ ἐπωνύμου μεταδίδωσι πάθους, καὶ τῶν θηρατῶν (5) ναρκῶσιν αἱ χεῖρες;

ε'. Ποίῳ λόγῳ αἱ ἔλαφοι ἀποβάλλουσαι τὰ κέρατα (6) τοὺς συνήθεις ἀποφεύγουσι τόπους;

ϛ'. Ποίῳ λόγῳ τὸ (7) πήγανον ἔφεσιν ἐστὶ πολέμιον;

ζ'. Ποίῳ λόγῳ τὸ ἔλαιον ἐπιχεόμενον τῇ θαλάττῃ γαλήνην ἐμποιεῖ (8);

η'. Ποίῳ λόγῳ ἐπὶ τρισὶν ἔτεσιν ἐγκυμονοῦσιν οἱ γῦπες (9);

θ'. Ποίῳ λόγῳ ὁ πολύπους τὴν Ποντικὴν ἀποστρέφεται θάλατταν (10);

ι'. Ποίῳ λόγῳ τὸ τράγειον (11) αἷμα ὑπομαλάττει τὸν ἀδάμαντα;

ια'. Ποίῳ λόγῳ τοῖς λαγωοῖς ἐπικύησις γίνεται (12);

ιβ'. Ποίῳ λόγῳ οἱ κόρακες ὥρᾳ θέρους οὐ πίνουσι;

ιγ'. Ποίῳ λόγῳ ῥύσις γαστρὸς συμβαίνει τοῖς κόραξι (13);

ιδ'. Ποίῳ λόγῳ θήλεια τέττιξ ᾠδῆς πέφυκεν ἄμοιρος;

ιε'. Ποίῳ λόγῳ τὰ τῶν ἴβεων ᾠὰ εὐχερέστατα τίκτει βασιλίσκους καὶ ὄφεις (14);

ιϛ'. Ποίῳ λόγῳ τοὺς ἰκτεριῶντας ὁ χαράδριος ὄρνις ἀποστρέφεται (15);

ιζʹ. Ποίῳ λόγῳ ἡ ἀμυγδαλῆ εὐθηνοῦσα καὶ τῶν λοιπῶν καρπῶν εὐθηνίαν σημαίνει (16);

ιηʹ. Ποίῳ λόγῳ τὰ μὲν ἑψόμενα ὕδατα πυρὶ μονιμώτερα τῶν ἄλλων ὑδάτων ἐστὶ, τὰ δὲ ἐξ (17) ὄμβρων ἀφανίζεται θᾶττον;

ιθʹ. Ποίῳ λόγῳ οἱ ἐν Σερίφῳ βάτραχοι ἄφωνοι καθεστήκασιν (18);

κʹ. Ποίῳ λόγῳ μέλιτι Ἀττικῷ οὐκ ἐπικάθηται μυῖα;



ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ *.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ. **

Ἀρισταγόραν τὸν Τιμοκλέους πολλοῦ γέ που, Πολύκρατες, περὶ τὸ Λύκειον οὐχ ἑώρακα διατρίβοντα χρόνου (1). Ἆρά γέ που, ἆρα μή που (2) ἐπὶ τὴν Σικελίαν ἀπῆρε, τοὺς πυριπνόους (3) κρατῆρας ὀψόμενος, ἢ τὸν Ἰνδικὸν περινήχεται κόλπον, ἵνα τινὰ φιλοσοφίας ἐπιστήμην πορίσοιτο (4).

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

Οὔτι που (5), Ἀντίσθενες· ἐπείπερ Ἀθήνηθεν Ἀπολλογένης (6) ὁ Κορίνθιος χθές που γενόμενος ὡς ἡμᾶς (7), περὶ τὴν Ποικίλην Στοὰν Ἀρισταγόραν ἔφη θεάσασθαι· Ἀρίστωνα δὲ τὸν φυσικὸν καὶ Σωσίπατρον (8) τὸν Ἑρμογένους περὶ τὸ Λεωκόριον (9) ἑωρακέναι αὐθημερὸν ἀφικομένους ἀπήγγειλεν (10).

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Πόθεν δῆτα, Πολύκρατες;

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

Περὶ τὸν Εὔξεινον ἐνθαλαττεύσαντες (11) κόλπον καὶ πολλοῖς ἄγαν καὶ μεγίστοις ἐνδιατρίψαντες πόνοις, ὥσπερ τι χρύσειον κῶας (12), ἡμῖν τὰς ἐπικόμψους θεωρίας φόρ-

τον ἠγάγοντο. Ἔρως γάρ τις αὐτοὺς ἐπιστήμης βαλὼν (1) ἐνοίστρησέ πως ἄμφω (2) καὶ πρὸς ἱστορίας κατάληψιν ἐξεβάκχευσεν (3). Ἐγλιχέτην γὰρ, ἐγλιχέτην τὴν Μαιῶτιν ὅπως λίμνην θεάσοιντο, εἰ (4) στρογγύλη μὲν τὴν θέσιν, ἐννέα δὲ ἄρα αὐτὴν σταδίων χιλιάδες περιγράφουσιν ὅροι (5), καθάπερ γεωγράφοι κηρύττουσιν, ἀξιόπιστον ἡμῖν προβαλλόμενοι τὴν ἀπόδειξιν (6). Καί τινας διαπορῆσαι φυσιολογίας (7) Περικλέα φασὶ τὸν Κορίνθιον ἐπὶ τὸν Βόσπορον αὐτοῖς ξυναντήσαντα (8). Ἐντεῦθεν λόγοι καὶ θεωρίαι ἀνὰ τὸ ἄστυ (9) κυμαίνουσι, καὶ πᾶς φιλοσοφεῖ ὅπως τι λέξοι (10) τορὸν καὶ κομψότητι δόγματος ἄλλος ἄλλου κρατήσειε δόξης (11). Ὁ περίπατος πρὸς τὴν Στοὰν ἔχει τὴν ἅμιλλαν· ἡ Στοὰ Πυθαγορείοις (12) συμπλέκεται· Ἀκαδημιακοῖς λόγος Ἐπικουρείων οὐ σπένδεται (13)· καὶ πόλεμός τις ἀσίδηρος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα κεκίνηται.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Ἄγε δῆτα, ὦ βέλτιστε, περὶ τούτου φράσον ἡμῖν. Ὡς ὁρᾷς γὰρ, ἐπὶ θεωρίαν τὸν νοῦν ἀνεπτέρωμαι (14), καὶ φλέβας ἐπιστήμης ἀνιχνεύω θεάσασθαι (15), καθάπερ μεταλλουργοί τινες, ὁπηνίκα τιμαλφεστάτου τινὸς ὕλης πόρους θεάσοιντο.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ (κεφ. α'.)

Οὐ περὶ μικροῦ τινος γλῶτται καὶ λόγοι (16) καὶ θεωρίαι βάλλουσί τε καὶ βάλλονται· ἀδαμάντινος γάρ τις (17) ἐξωπλίσατο πόλεμος καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀνελίττουσιν ὄργια (18). Φασὶ γὰρ τὸν Περικλέα εἰπεῖν· « Τί δῆτα τὸν

« ἀδάμαντα ἡ φύσις δεδημιούργηκεν ἄκαυστον καὶ τοῦ « παμφάγου πυρὸς (1) ὑψηλότερον; » Τουτὶ, φίλος, τὸν τῶν φιλοσόφων διαταράττει χορὸν (2) καὶ πρὸς ἔρευναν τῶν ἀποῤῥήτων ἐνθουσιᾷν παρεσκεύασε (3). Τοιούτοις γὰρ ἡμᾶς ὁ Κορίνθιος ἐνειλῶν τοῖς δεσμοῖς, ὥσπερ ἐν μυθικῷ λαβυρίνθῳ ἤγουν ἄντρῳ τινὶ τῷ δυσεκβάτῳ τῆς θεωρίας ἐναποκλείσας, ἀπῴχετο (4).

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Ἐρῶ σοί τι τῆς φύσεως (5) ἔργον, Πολύκρατες, ἐπεί σε φιλότιμον λόγων (6) μουσικῶν ἐραστὴν ὑπαισθάνομαι· φίλῳ γὰρ μηδὲν ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν, τῷ Κυρηναίῳ πειθόμενος (7).

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

Οὐκοῦν ἄγε δὴ ἄγε (8), Ἀντίσθενες, λόγος ἡγείσθω, ὅτῳ κοινωνεῖν ἀλλήλοις εἰώθαμεν (9) τοῦ βουλήματος.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Λεπτότατοί τινες πόροι διὰ τὸ λίαν στερέμνιον πεφύκασι τῷ ἀδάμαντι· διὸ καὶ ὁ σίδηρος (10) ἀσθενὴς πρὸς ἀδάμαντα· ἀνεπίδεκτος γὰρ καὶ (11) γλυφῆς καὶ τομῆς διὰ τὸ λίαν πυκνότατον. Ἐντεῦθεν φλογὸς οὐκ αἰσθάνεται, ὥσπερ ἀπειργόντων τῶν πόρων καὶ ἁπαξαπλῶς ἀντιπραττόντων φύσιν πυρὸς (12) τὸν λίθον εἰσδέχεσθαι (13). Τὰ τοίνυν ἄμικτα (14) καὶ διέστηκε· τῶν δὲ διεστώτων σχέσις (15) οὐκ ἔνεστιν. Ἀσυνδύαστος δὲ ἀδάμας (16) πυρί· οὐκοῦν ἄκαυστος καὶ φύσεως πυρὸς διὰ πυκνότητα ἠλλο-

τρίωται· σίδηρος γοῦν (1) καὶ χρυσὸς πυρὸς φύσιν εἰσδέχονται· ὅθεν τὰ τοιαῦτα τήκεται ἢ μαλάττεται. Ναὶ μὴν καὶ διὰ τὸ μᾶλλον ἄνικμον ἄκαυστος πέφυκεν ὁ ἀδάμας. Πᾶν γὰρ τηκτὸν (2) πλείστης ἀνάγκη μετέχειν (3) ὑγρότητος.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

Εὖγε τοῦ λόγου (4)· ἀδαμαντίνοις τισὶ ῥήμασι τὰς περὶ ἀδάμαντος θεωρίας (5) ἐποίκιλας (6), ναὶ μὰ τὸν, καὶ εἴ τι ἀδάμαντος ὑψηλότερον (7)· ἰσχυρότερον γὰρ ἡμῖν ἀδάμαντος ἡ ἀλήθεια (8). Ἀλλὰ φέρε δὴ καὶ (9) τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο καὶ ἐπίσημον τοῦ Κορινθίου ἐνοπτρισώμεθα πρόβλημα. Ἐκόμα γὰρ αὐτῷ λίαν ἐπὶ τούτῳ τὸ φρόνημα (10).

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Ὅ τι βούλει πύθου (11).

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ (κεφ. β').

Φθείρειν ἔφασκε τῶν ἀετῶν τὰ πτερὰ ἐπιτιθέμενά πως καὶ συμπλεκόμενα τοῖς τῶν ἄλλων ζώων πτεροῖς, ὥσπερ κἀνταῦθα τύραννος εἶναι βουλόμενος τῶν ἄλλων πτηνῶν ὁ ἀετὸς, καὶ, τῆς κόμης γυμνούμενος, οὐδὲν ἧττον βασιλικῆς ἐπιβαίνειν δυναστείας πειρώμενος (12). Τίς ὁ λόγος, Ἀντίσθενες; Ἔργα μοι (13) φύσεως διηγοῦ.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Ὢ τοῦ (14) Κορινθίου! ὡς μυστικῆς τινὸς ἐπιστήμης ὁ σοφιστὴς ἀξιόχρεως (15)! Ἀτὰρ γοῦν λέξω τί σοι (16),

Πολύκρατες. Σὺ δέ μοι ἠρεμαῖον ἐπίθες τὸ οὖς καὶ σειρηνείου ἀκούσῃ φωνῆς, οἷά τις Ἰθακήσιος ἐπ' αὐτάς που τὰς ὑπερκυκνείους μελῳδίας γενόμενος (1).

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

Λέξον δῆτα, ὦ βέλτιστε.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Δυσωδέστατον πτηνὸν ὁ ἀετός (2). Ἐντεῦθέν τοι (3) καὶ τὰ λείψανα τῆς ἑαυτοῦ θήρας οὐκ ἂν αὖθις ἐπέλθοι ποτὲ, οὐδὲ χθιζῆς, ὦ φίλος, θήρας τυχήσειεν (4)· ἄβρωτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐστίν· αὐθημερὸν (5) γὰρ ἠφάνισται, οἷα Φινέως τινὸς καὶ Ἁρπυίας λείψανα δείπνου γενόμενα (6). Διὸ καὶ φθαρτικά πως τῶν ἀετῶν τὰ πτερά (7)· σηπεδονώδους γάρ τινος μετέχουσι φύσεως, καὶ οὐκ ἂν σωθείη ἕτερ' ἄττα κόμαις ἀετῶν πτερὰ πλησιάσαντα (8)· θᾶττον γὰρ ἀπολώλασιν.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ (κεφ. γ').

Λίαν νουνεχόντως, ὦ φιλότης (9). Ἀλλ' ὅρα μοι τοὺς Ἀπελλοῦ (10) πίνακας. Τεθαύμακα τῆς γραφῆς, ἄνερ, τὸ κόσμιον (11). Θέα μοι τὸ Ἰνδικὸν τουτὶ ζῶον (12), ὅπως ὁ δημιουργὸς τῆς γραφῆς διεποίκιλεν (13) ἄριστα. Λόγος τις ἐστὶν ἐλέφαντα μὴ πρότερον πίνειν, πρὶν ἂν ὑποθολώσῃ τῇ προνομαίᾳ τὰ νάματα (14).

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Οὐκ ἐπίπλαστον τὸ λεγόμενον. Μορμολύττεται σκιὰν τὴν αὑτοῦ (15) ἐν ὕδατι ἐλέφας θεώμενος. Διὸ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς ἐπιτηρεῖν ἀσέληνον νύκτα φασὶν, ὁπηνίκα διαπορθ-

μεύουσι τουτὶ δι' ὑδάτων τὸ ζῶον (1). Τὸν μυθικὸν Νάρκισσον παιδευέτω ἐλέφας (2) τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ἀποστρέφεσθαι καὶ τῶν ξένων τῆς φύσεως ἐρώτων ἀπέχεσθαι.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ (κεφ. δ').

Ἄγαμαι (3) τῆς θεωρίας τὴν δύναμιν. Ὡς δεινὸς σὺ κομιδῇ φύσεως λόγους μετέρχεσθαι! Ἀλλ' ἄγε δὴ (4) τοὺς περὶ νάρκης φιλοσόφει μοι λόγους· καὶ ἡ σοβαρὰ τοῦ Κορινθίου γλῶττα (5) ναρκήσειε τὰ περὶ νάρκης μεγαλαυχουμένη προβλήματα. Τοὺς θαλαττουργοῦντας (6) ἔφασκεν, εἴ ποτε νάρκη τῷ κύρτῳ ἁλῷ, τὼ χεῖρε πάσχειν εὐθὺς τοῖς κάλως ἀφελκομένους τὸν κύρτον (7). Πῶς δῆτα, ὦ τὰν, οὕτω διὰ (8) τῶν κάλων τοὺς θηρατὰς τὸ ζῶον ἀμύνεται;

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Ἐπὶ τὴν θάλατταν τῶν θαυμάτων, ὡς Περικλῆς, τὴν γλῶτταν κεκίνηκας. Εἴσω τῶν ὅρων τῆς γνώσεως τὴν σὴν διάνοιαν ἔπεχε (9), Ἀτλαντικὸν ὥσπερ πέλαγος θεωρίας ἱστορῆσαι γλιχόμενος. Ἐγὼ δέ σου, Πολύκρατες, μικροῖς τισὶ ῥήμασι ψυχαγωγήσω τὸν ἔρωτα (10).

ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

Λέγοις ἄν, ὦ γενναῖος. Ἀστεῖοι γάρ μοι δοκοῦσι καὶ δημωφελεῖς οἱ λόγοι προτίθεσθαι. Οὐ μή σου ἀπολειφθείην τὸ τήμερον, οὐ μὰ τὸν ἐμὸν βέλτιστον ἔρωτα.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Εὐπαθεστάτην ὁ ἀὴρ τὴν φύσιν κληρωτικῶς ἀπενείματο· διηχὴς γὰρ καὶ διαφανὴς ἔφυ (11) καὶ δίοσμος. Οὕτω γὰρ αὐτὸν θεῖαι φροντίδες τινὲς δεδημιουργήκασιν ἄριστα, ἵνα

Non mihi videtur. Sapiens enim ut vere, et Ægyptium est inventum. Quod si vero etiam sermonem audire cupis, habeo tibi, amice, quod dicam. Delectatur hic ales et vescitur maleolentibus rebus, gaudet autem et inprimis venenatorum venationibus, maxime multivorus. Sed et serpentibus ibis, ut basiliscus, est contraria, ideoque et pennæ ibidum sunt adversæ serpentibus. Infercitur vero carnibus serpentium ac scorpionum, et gaudet hac venatione. Igitur ex aliquo quod illa peperit, ut putredinoso, magnum aliquod malum enascitur basiliscus. Ideo corrumpunt Ægyptii, ubicunque viderint ova ibidum, quasi quæ possent aliquando sibi esse pestifera, præmetentes. Si igitur Ægyptios æmulatus fuisset Priamus, aut Œdipum occidisset Laius, nec capta foret Troia, nec incestus accidisset cum matre Thebis.

POLYCRATES (cap. 15).

Multam habeo Pericli gratiam, Antisthenes; maximæ

(1) « Sed agedum transi, quod sermone fertur ». Vide notam.

namque cognitionis nobis author est. Quoniam vero sermo noster Ægyptium simulat Protea, ante paulo quidem de corvis subministrata contemplatione, alias adamantis, deinde ad ibidum transiens, nunc ad charadriorum naturam se insinuans, age igitur disputationem transmuta. Auriginosis aiunt mederi statim charadrium, si in eos respexerit. Quare invidus charadrius claudit oculorum pupillas, quasi salutem, ne restituatur ægro, invideat.

ANTISTHENES.

Apage isthanc absurditatem, Polycrates, apage. Non enim irrationalibus inest quidquam invidiæ. Neque vexatur ab avibus Prometheus, quod hominibus bonum aliquod tradiderit, nempe ignem. Oculos vero claudit charadrius, quoniam, morbum quum mutat, ipse ille morbus avem e vestigio invadit.

POLYCRATES (cap. 16).

Optimum est etiam in parvis rebus in humana natura bonum scientia. Euge pol ad istam amygdalum paulo commoremur, o amice. Quam suaviter sibilat, et lenes auræ circumstant illam!

ANTISTHENES.

Specta amygdalum abundantem fructu, quam tantum non proventus anni ad terram deprimit et curvatam detinet. Idcirco bonæ fertilitatis, Polycrates, signum est maximum.

POLYCRATES.

Unde igitur, o optime?

ANTISTHENES.

Mixturam aeris temperatam hæc arbor amat, et ad fertilitatem floret, quando pacifero clementique tem-

pestate telluris hoc fovetur habitaculum. Ideo nunciat felicem anni fore proventum amygdalus, quia neque tempestatis adventum, neque imbrium inundationem portendit.

POLYCRATES (cap. 17).

Sed, si videtur, ad hanc porticum aliquanto melius accedamus. Ut enim vides, substillare incipit, et imbrium adventum ex eorum motu ventos minari sentio. Est vero et mihi, quo memoriam, amice, refricem meteorologiæ.

ANTISTHENES.

Quid igitur est quod proferas?

POLYCRATES.

Coctæ igne aquæ non ita cito putrefiunt ex natura sua, ut a quibus terrea materia sit separata. Quare oportebat, oportebat, inquam, ab imbribus delatas nobis aquas imputribiliores esse quodammodo aliis aquis, percolante sole, et attrahente quod est tenuissimum. Prorsus vero contrarium videre licet; nam corrumpuntur citius aquæ pluviæ.

ANTISTHENES.

Commixta maxime pluviarum est natura, o tu. Ex omnibus enim humidis educit sol. Varia igitur illa et inæqualis mixtio prona est ad motum contrarium, ut vocant, et ad corruptionem magis spectat. Eorum enim quæ diversa sunt et varia, proclivis maxime est corruptio. Ac sane, quod magis est, gravissimum eorum, quæ sol sustulit, iterum defertur; quoniam gravia moventur deorsum, ac tenuissimæ vaporis partes degenerarunt in naturam ventorum.

POLYCRATES (cap. 18).

Optime equidem. Sed me ab ignorantiæ solveris accusatione, si de natura sermones ad finem mihi usque prosequutus fueris, Antisthenes. Seriphias ranas Lysimachus, Phalaridis filius, mutas ait vidisse.

ANTISTHENES.

Quod mutæ sint eæ, in causa est aquarum natura, Polycrates, ob nimiam humiditatem (1). Unde si quis transferat hoc animal, loquax statim fecerit, et ad propriam naturam reduxerit, quasi liberatum Circæ vinculis. Cyrenæam autem ranam, quod non sit loquax, amaror aquarum efficit.

POLYCRATES (cap. 19).

Nimis, o amice, scite. At hujusmodi quid jam patimur? In Attica confertim videor stare, quodammodo Theagenisque refricare convivium (excepit enim convivio Theagenes Salaminius et me, et Cliniæ filium Dositheum; qui quum nobis obsonia et placentam præbuisset, ego, ut patet, valedicto convivio, ad sermonum collationem cupide studioseque sum volutus), ac ipsum ad me Theagenem audire dicentem: Non vides, Polycrates, quod non possit musca apis Atticæ corrumpere labores? Et miratus sum dictum, quia nimis erat ultra captum nostrum.

ANTISTHENES.

Thymis, Polycrates, Atticam abundantem est videre, quibus insident Atticæ crebrius apes. Inde tum etiam gravioris est odoris. Quapropter, veluti visco alicui, melli Attico non insidet musca. Non minus tamen cir-

(1) Imo, « frigiditatem ».

cumstrepentes apis Atticæ labores carpere gestiunt (1). Ubi est Darius ille contra Græciam armatus? Xerxis ferociam musca doceat, quasi non fas sit Atticam potiri, aut ascendere (2).

POLYCRATES.

Magnifice me nimis procurasti, Antisthenes, ad finem contemplationis quasi tragemate aliquo præbito, mellificium Atticum enarrans. Sed ne a te ipso horum omnium habes scientiam?

ANTISTHENES.

Non certe, Polycrates. Quippe jam antiquis multa et celebria elaborata sunt, quibus animo insidentes, sicut apes, collegimus in unum opus, quod plurima comprehenderet, id ut absolutissimum, quoad fieri posset, redderetur oratione prosequuti. Non enim Democriti mihi labores tribuo, neque Aristotelis gloriam mihi vindico, neque quid Platonicorum surripio, neque Iamblichum sine corona reliquerim, non Proclum, non Galenum, elegantissima scientia viros, non Plotinum, non Sotionem, non Alexandrum, non Theophrastum cognitionis mare, non Bolum, non Ælianum, non scientiæ plutum (videlicet thesaurum) Plutarchum, non Ambronem, non Imbrasium, non Damascium, aut filium Timagenis Hieroclem. Et quid tandem tibi catalogum recenseam reliquorum, a quibus argumentis aliquot et principiis acceptis, synopsin quasi quandam tibi scrutandi cupido, pro viribus nostris, dedimus? Nec alieno, Polycrates, ornari mundo fas est, quemadmodum ille fabu-

(1) « Circumstrepentes prohibentur tamen Atticæ apis labores carpere ».
(2) « Quod non fas sit Atticam ingredi ».

lis dilatus graculus. Nihil enim est quod ab antiquis non sit animadversum. Ea vero ut omnia in promptu reperias, non prorsus est facile.

POLYCRATES.

Ego e scientia tua fructum percepi, Antisthenes, et abeo gaudens. Hermæum enim optimum, difficilium scilicet sermonum scientiam, reportavi.



THEOPHYLACTI

SCHOLASTICI COGNOMENTO SIMOCATI

EPISTOLÆ

MORALES RUSTICÆ AMATORIÆ.



ETH. CRITIAS PLOTINO. 1.

Cicada vocalis ineunte vere musicam suam auspicatur; vocalior vero canoriorque, et loquacioris naturæ auditur circa meridiem, quando expleta quasi est atque incensa radiis solaribus (1). Trinnit (2) igitur hæc meloda, suggestus loco constituta arbore, agro theatri; et viatoribus musicæ periculum proponit. Itaque et nos ad tuas virtutes canendas incendimur (3). Confovent enim aliquo modo eæ et inflammant ad encomium, quia olim sepultos jam situ tuis literis ad virtutem resuscitasti. Ita, qui Critias eram, factus sum Plotinus, qui, vel extra corpus philosophatur hic in terra (4); vel Philosophia, corpus induta solidum, cum hominibus veluti homo conversatur.

(1) « Radiis quasi solaribus inebriata ».

(2) Si voluit esse tam diligens ut onomatopœiam redderet onomatopœia, potuit, pro inaudito « trinnit », scribere « fritinnit », auctore Juventino, qui, inter alia inepta, et id habet : « rauca cicada fritinnit ».

(3) Debuit scribere « accingimur ».

(4) Vide notam ad Græca.

RUST. DORCON MOSCHONI. 2.

Ductor ovium admirandus mihi aries mortuus est; ac pastorali ducatu carent pecudes. Ita malum quidem aliquod passus sum maximum. Videor enim mihi iratum esse Pana : neque [enim] eum alvearium primitiis honoravimus. Quapropter ad urbem iter facio, iratum deprecaturus, et simul civibus duritiem ejus exponam, « Propter placentam », dicens, « Pan gregis « mei ducem substulit ».



AMAT. THEANO EURYDICÆ. 3.

Naturalis decor in te præteriit, et vicina rugis est facies. Tu vero veritatem fingere niteris (1), suppositis pigmentis amatores eludendo. Concede tempori, anicula. Neque enim speciosa stant floribus in senectute prata. Memento et mortis, cui appropinquasti, et temperantiam ex necessitate instituas excolere. Etenim injuria afficis et senectutem et juventam; quarum hanc, dum simulas, ementita es : illam, dum habes, interpolasti.

(1) Pressius versio Genevensis : « ad rugas propinquat elegantia. Tu « vero obscurare veritatem conaris ».



ETH. EVAGORAS ANTIPATRO. 4.

Terminos mundi opifex marino quoque æstui constituit, et littoribus pelagius cohibetur fluctus, et arena quædam parvo interstitio continentem discriminat a mari. Neque enim concessum est mari periculum aliquod inferre vicinæ terræ; sed recurrit ac revolvitur in se sua per furentia vestigia, magnam terræ minitans eluvionem. Terminos igitur et leges, o Antipater, animo tuo pone, nec manum adhibeas ad iram. Et vero eodem modo cum manibus modeste philosophiceque linguam instituere, summus gradus est perfectæ virtutis. Sed, si non par sis huic moderandæ, quantivis contumeliis animum tuum oblecta, si canibus adsimulari volueris latrantibus. Sic enim iratum quoque mare iram ultra spumam et agitationem non producit.



RUST. ÆGIRUS PLATANO. 5.

Malas vicinas habemus, o amice, grues. Bellum perpetuum gerunt circa hunc agrum. Nam neque cum ipsis patribus nostris rem habuerunt compositam, neque nobiscum post illos rebellare intermittunt, licet eas primitiis e messe sæpenumero donaverimus. Sed et agelli partem quandam tanquam deo (1) sacram in-

(1) « Tanquam deis ».

gratis istis consecravimus : quæ dona, ut videtur, nihilominus tamen non proficiunt (2). Quare hinc omnes abmigremus (3). Saxa enim nobis utilius erit colere, quam campos et colles, ubi grues habeas vicinas.

(2) Vide notam ad græca.
(3) « Abmigramus ».



AMAT. ERATO TERPSITHEÆ. 6.

Aureum istum Callicratem imaginem tibi pinxisse dicunt. Picturam vero non Terpsithean exprimere arbitror; sed, ad quam rem non ementitas Parrhasii tabulas appello, Lacedæmoniam Helenam. Dupliciter itaque peccasti, contra artem, in quam contumeliosa es reperta, et contra naturam, quam fallis. Mentiri namque artem coegisti Parrhasii, et quæ tibi non adsunt per tabulas nihilominus deducere, tanquam si ita velles naturæ vitia fucare, plurimam ejus inertiam arguens. Ego vero etiam pictorem laudo, ut qui tuæ informitatis pictor esse noluerit; et prudentiam naturæ sum mirata, quæ pessimæ animæ corporis decorem non concrediderit.



ETH. SOSIPATER TERPANDRO. 7.

Mos est equabus, et, ut mihi videtur, inprimis ille bonus. Namque laudo in illis quod singulari quodam

in fœtus amore pollent. Sed quis eis est mos? Lactentem adhuc equum quum nutrice destitutum viderint et longius alicubi abesse matrem, maternum aliquid faciunt, sicuti debet ea quæ pullum peperit (1); nec enim suæ ipsius naturæ obliviscuntur; et æquo per omnia facilique animo fovent relictum, quemadmodum fovent veros propriosque fœtus. Et hæ quidem a natura ita sunt affectæ. Non enim Solonis cogunt leges. Transferam sermonem ad te. Nepotem tuum despicis de janua commeantem ad januam, miserrima tunicula vestitum. Bruta certe tibi mens est magis, quam brutis. Canes alienos et externos nutris: ita enim verius dicentur qui tecum conversantur adulatores. Nam optime tibi velle videbuntur, quousque de tuo luxuriantur, o miser; allatrabunt autem omnino et te, crapula jam qua se nuper ingurgitaverant eructata. Etenim natura secum fert adulatorum et memoriam ad inferendum malum et oblivionem boni. Sero tandem nepotis curam, Terpander, suscipe. Quod si minus, divinum istud numen inexpugnabilem habebis hostem, quod flentis naturæ lacrimis gladium suum acuit.

(1) Melius Genevensis interpres: « et procul matrem, ut aliquando « contingit, a prole abesse ».



RUST. DAPHNON MYRONI. 8.

Quousque excavas agellum derivando? et an etiam pluvia delapsam aquam exhauries, miser? aut forte

machinaris ut per hanc ariditatem liberi mei fameant? tuus enim ager circumcirca inundatur (1), noster vero etiam aquæ naturam aut essentiam ignorat hactenus. Rogantor (2), vos, nubes, per deos, an soli Daphnoni aquam demittatis. Vir invidus magnum est malum; quod si vero et vicinus esse contigerit, inevitabile infortunium et vix cum ipsa morte desiturum.

(1) « Tuus enim ager aquis stagnantibus superfunditur ».

(2) Imo « rogamini ». Sed debuit sine invocatione vertere simplicius: « rogentur per deos nubes an soli Myroni demittant aquam ». Genevensis etiam in legem grammaticam peccavit, scripto « solo » pro « soli ».



AMAT. EURIPA DEXICRATI. 9.

Ad IX desinentis Anthesterionis rediturum ad nos te recepisti, et fidem fregisti, Dexicrates. Mihi vero et renes excanduerunt in amore (1), et instar facis exarserunt præcordia; quotidie quoque profudi lacrimas cum gemitu, et in somnis tuum sæpe mihi finxi reditum. Forium præterea quocunque strepitu semper mihi te adesse imaginabar. Tu vero, Dexicrates, in aliam amorem transfudisti, et ad peregrina novave tibi animus est propensior. Celerrime namque satiari solitæ sunt inertium animæ. Infida res et infamis est amores et cupido. Cades (2)

(1) « Mihi vero et cor amore combustus carbunculatur ».

(2) Potius « ferieris ».

et aliquando tu. Nam calamitates eorum qui injuriam patiuntur ad inferentis caput resiliunt.



ETH. HERMAGORAS SOSIPATRO. 10.

Dejecto nimis animo paupertatem flere te audivi, [et] divitiis male dicere, tanquam non æquali modo euntibus inter homines, his quidem possibilem impetratu, his vero impossibilem præbendo sui possessionem, ac ita quodammodo naturam sui hominibus invidendo (1). Si enim solis lux in commune æquo modo et ignis copia omnibus est promtissima, si amnium torrentiumque perennium cursus omnibus sunt affluentissimi, quid igitur, inquis, est quod aurum natura ita absconditum (2) ab hominibus reposuit, propter quod maxima mala surgunt quacunque luna ista videt (3)? Ego vero magnum in risum effundor tuarum dissertationum ergo. Nam quam hypothesin vituperationis posuisti, est eadem ipsa laus naturæ; et tu idem passus es cum noctua, siquidem videntur illi cæcitatis esse causa illustres fulgores solis. Utilis hæc est auri fames in humano genere, Sosipater. Inde etenim et artes vitæ accesserunt, et urbes ædificatæ sunt, et in contractibus orta conven-

(1) Imo : « quasi invidente illa in re hominibus natura ».

(2) Vide ad græca notam.

(3) Fidelior versio Genevensis : « et contentiosum donum iis quæ « sub luna sunt dispertiit, per quod maxima damna hominibus con- « tingunt ».

tio. Si vero summatim dici debeat, omni ornatu privatus esset quacunque terrarum locus inhabitatus, si non auri intercessione factum foret ut homo alter alterius invicem indigeret. Nam neque nauta navigabat, neque viator faciebat iter, neque aratorem bovem agricolæ possidebant, non regiæ majestatis adorabantur sceptra, non magistratibus et juridicis (4) ornati erant subditi, non dux agebat exercitum. Quod si autem secretum sermonem scire vis : virtutis et malitiæ habenas habet aurum, et probatur appetitus animæ per ipsum, Celticique fluminis est æquale viribus. Falsæ enim virtutis et vitii verissimum est argumentum.

(4) Cf. ad græca notam.



RUST. CALLISTACHYS CYPARISSONI. 11.

Infructuosas et feras arbores heri forte (1) exussit Simichidas. Ejusmodi enim sententiam tulit adversus arbores quæ ad maturitatem non proveniunt. At natura omnivori ignis impetum habuit immoderatum, vicinique agri (2) subito et ex improviso fundum perdidit. Hic autem relicta pelle ligoneque ad urbem vadit, auxilium rhetoris assumpturus. Et Simichidæ tribunal est indictum. Idem ego contra te, Cyparisso, moliar, nisi tuas apes ab alienis pratis absti-

(1) Dele « forte ».
(2) Dele « agri ».

nere feceris; et disces alienis viis obliquum aditum non haberi (3).

(3) « Et disces per alienos sudores non acquirere injustum pro-« ventum ».



AMAT. MELPOMENE PRAXIMELLÆ. 12.

Ad Leocorium moras traxit aulœda Chrysogone (1). Forte etiam oblectare se putat meos amatores; aitque nos meretricula factum istud ægre ferre. Ego vero id quod fecit non multi facio. Amatores enim omnes Chrysogonæ mores et habitum cum nostris conferent (2). Sed sis mihi, per deos, non falsi responsi nuncius certissimus, et Lacænæ dicas : « Magnas « equidem tibi gratias hujus rei gratia, Chrysogona, « debemus. Tua enim deformitate nostra apparebunt « venustiora; quia etiam non præsente graculo et « corvus decoris annumerabitur avibus. »

(1) Genevensis recte : « ad Leocorium habitationem tibicina Chry-« sogone instituit ».

(2) Genev. recte : « amatores enim quo sint erga nos animo Chryso-« gonæ mores probabunt ».



ETH. ARISTO NICIÆ. 13.

Disciplinosissimum dicunt animal esse elephantum, et dexterrimo captu ad omnia ea quæcunque

ab hominibus edoceatur. Neque enim in illo tantum moles miranda corporis, quantum disciplinæ cultus æstimatur. Et ea quidem Indorum pueri divulgant. At ego Niciam admiratus sum irrationalibus animantibus rationem habere irrationaliorem; ut qui, quum sis viri eloquentis filius, paternis studiis abjectis, in aleæ ludo ac palæstræ otio vitam deteras, egressus ingenuitatem generis. Quare si filius audire velis Hermagoræ, sero aliquando ad ejus vitam redi. Et bonum est, si in senectute sapientia adsit et prudentia, quod et Platoni videtur. Si vero molestum est ex pristinis vitiis resurgere et teipsum Hermagoræ filium jactitas, scito te futurum furem paterni sepulchri. Nam tua malitia virtutes ejus infamas et contumelia afficis.

RUST. MYRONIDES DAMALO. 14.

Gregem totum puer tuus læsit. Mulctralia semper lacte complens, ad platanos secedit furcifer, stratoque stibadio decubare solet, et inertem vitam amplectitur. Deinde, fistula prehensa, quasi convivalem cantum ad securitatem adjicit, et agrestes effingit (1) modos. Pecudes vero hinc inde disparguntur, et aditui cuivis sunt obnoxiæ. Sane et fimum levi precio divendidit nebulo; et Myroniden injuria afficere nequaquam veritus est, absorpto heri vino fæculen-

(1) An « effringit » vel « diffingit » ?

to (2). Caricæ enim mihi et cicadæ sunt obsonio. At vero divinus hic adolescens caricas plerasque omnes devoravit, et cicadas nescio quomodo deglutiit. Fæcatum vero est exhaustum (3), et partem, postquam satur esset, postulabat referendam domum. Absit in posterum ab agro meo Clinias. Optabilius enim est a malis abesse procul, quam domi alere hostem occultum.

(2) Imo, ut Genevensis : « hesterno die splendido convivio Trygiam « accipiebam ».

(3) Imo, ut Genevensis : « Trygias vero inhiabat ».



AMAT. ATALANTA CORINNÆ. 15.

In palæstra Augiam et spectavimus, Corinna, et spectaculum neque sermo edicere, neque pictoris manus imitari possent. Aderant enim adolescenti robur et vires, erectum firmumque corpus, pectus pilosum, oculi quales sunt cervarum sive dorcadum, visus neque rubens ex ira, neque mollicie dejectus, sed simul virilis et placidus. Color corporis neque albicabatur, ut in feminis, neque nimis erat niger. Crinis modice crispus præ teneritudine, et purpurantem tempore malaciæ pontum retulit, et quando vicinam terram leni allapsu circumfundit, furore fluctus et barbarie sedata. Genarum rubor non supra modum, quod femineum; neque rursum earumdem decorem offuscabat pallor. Nasus elaboratissime detor-

natus, ut plurimum naturæ opificis artificium argueret. Oleum circumfusum solis in modum fulgerabat, et splendore lucis palæstram quasi radiis illustrabat. Animo inde, Corinna, vulnerata majorem acutioremque dolorem sentio. Amatorios enim affectus commemorare pudet feminas.



ETH. GORGIAS ARISTIDI. 16.

Quum fœnore accepisti, gaudes; exactus doles, et incidens in fœneratores metu percelleris, quasi feris quibusdam incidere visus immanibus; et circumspectas trivia et oculos conjicis ad porticus, evitare cupiens fœneratores, sicuti navigantes in magna tempestaste ad portum applicare desiderant. Sed et malum malo addis (1). Postquam enim fœnori ab aliis acceperis, aliis reddis debitum, idem aliquid faciens, quod ii qui se metu mortis præcipitant. Quoniam igitur fœnerari multiplex hominibus est malum, et fabulosa ista hydra, cui sponte renascebantur tot capita, multo est pejus, cave etiam ne vel in somnis tibi fœnerationem imagineris. Sic enim libere adspicies solares radios, et aerem in terra leniter nimis et placide respirabis.

(1) Vide not.



RUST. LOPHON PEDIADÆ. 17.

Ne Leucippus (1). Malam enim nobis agellus enutrivit bestiam juxta terminum colliculi. Mihi et Sostrato indictum est tribunal. Leucippus autem toto animo perditus est, ut qui auro corrumpi passus sit judicium (2). Talis in aurum affectus abripuit hunc miserum. Quod quum Sostratus sciret, auro victoriam redemit, et muneribus sufferciit fauces Leucippi. Virgo Justitia vitiata est, et auro victoria appenditur hominibus. Justum enim et momentaneum judicium periit, et dona magis æstimantur quam quod justum est.

(1) Brevior versio. Sensus est : « ne Leucippus diu vivat; ne vertentem annum attingat, sed ocyus ac male pereat ». Vide not.
(2) Imo : « et aureum contemplari tribunal cupiebat ».



AMAT. EROTYLUS HYPSIPYLÆ. 18.

Turgent et palmæ amore naturali, et mas appetit feminam, et incurvatur amore mas et frondibus amatam nectit. Quod si longius a mare distet femina, semen ex femina sublatum imponunt mari, atque ea calliditate solantur hujus amorem. Si igitur ad nos tam cito repedare non potens, pictoris opera mihi mitiges hunc amorem, et in tabulis pictura tuas

cogitationes mihi exhibeat (1). Nam et spectatio in amore nimios fallendo solet esse par.

(1) Imo : « et in tabulis pictura imaginem tuæ præbeat mihi præ« sentiæ ».



ETH. DIOGENES CHRYSÆ. 19.

Divitiarum te condum, non dominum opum esse perhibeo; id quod etiam tui contra te lata sententia produnt mores. Bonis enim ut participent aliquibus impiæ animæ, non est fas. Refundas idcirco terram, et aurum custodi, miserrime. Non enim tuæ, sed penes te creduntur esse divitiæ. Nam Phrygis Midæ malignitatem æmulatus, esuriendo ditescis, veluti laqueo suspensus aureo.



AMAT. CHLOAZON MECONI. 20.

Amasiæ heri, Mecon, pyra misi. Hæc autem repente surgens ex lanificio, abjecta trama, accepta dona prostravit porcis, et hominem a me missum ut nuncium infaustum amandavit. Ego vero fleo. Terribilis enim Amor injuriam nobis facit, qui in tam feroci puella nos cogat. Cæcutiunt Fortuna et Amores, hi quidem dolores, hæc vero felicitatem vanam et fortuitam exhibendo.

AMAT. PERDICCA RHODOPÆ. 21.

Inamœne canis, et mœrore exples amatores, non lætitia. Tragœdiam namque voce querula cantillas, cantum delinientem nihil auditores. Et plorant amatores tristitia affecti. Temperantes enim potius docendo sunt tua carmina, quam libidinantes; non enim elaborasti cantionem per illecebras. Parcas igitur nobis, per deos, in posterum dolores et mœrores nostros. Nam neque aulœda videris esse spectatoribus, sed præfica. Et omnes cera aures obturabimus, quum canas, audituri alias Sirenum planctum, et Musarum nænias (1).

(1) Imo : «*quam* Musarum nænias ».

ETH. ANTISTHENES PERICLI. 22.

Philippi filius Alexander secundis fortunis nequaquam intumuit, sed philosophica moderatione direxit fortunæ ventos, maximis ac summis ejus favoribus non inescari solitus. Quare cecidisse videns Darium in belli ancipite fortuna, chlamyda texit hostem, virtutis et fortunæ ostendens generositatem. Inde calumniati sunt subditi Alexandrum, regisque pietatem peregerunt ream. Sed quidem Alexander, ut erat philosophus, reveritus est, ut videtur, fortunæ varietatem. Quare missis sibi quam plurimis una bo-

nis, « O Juppiter, » dixit, « intermisce aliquod bonis « etiam infortunium ». Sic Alexander caute versabatur in rebus summis sapientissime. Tu itaque si naturam vicissitudinibus obnoxiam hactenus ignorasti, ejus rei non multo post videbis periculum factum, quod te condocefaciat; et cognitione antiquiora habebis documenta. Quod si sponte volensque cæcutias, difficiliori pœna exerceberis, peccatorum et ignorantiæ subiturus mulctam.



RUST. ASTACHYO MILONI. 23.

Agrum ab aconito purga; meas enim corrumpis apes. Ne, per deos, homini agricolæ laborem exhibeas; ne fucum quidem vobis perdidit(1). Quid igitur absque causa irasceris vicino? et nisi abstineas a malitia, pessime, tuam ego proterviam meis inscribam foribus, et injuriam vicinis indicabo, ut ita te velut ominosum evitent.

(1) Imo, ut Genevensis : « nihil equidem quod ad rem nostram per- « tinet a fucis differs ».



AMAT. TELESILLA LAIDI. 24.

Neque metallarii, quum auri venas investigant, neque fossores puteorum, secreta terræ subterranea scrutantes, quum aquas quærunt, sic enituntur in arte

sua ut oculi eo acrius videant (1), quemadmodum ego totam urbem excutio atque rimor, an Agesilaum alicubi forte pervidere possim. Potionem enim ei præparasse audio mænadem istam Leucippen, ut impetuosum quasi fulmen desubito in nos inciderit (2): unde tum insolabiles istæ mihi sunt ortæ lacrimæ. Quapropter in peragenda tragœdia nos nostras quoque partes habebimus. Neque posthac resurgentem solem videbimus, atque ita Medea fiam sævior et Phædra.

(1) Imo cum Genevensi : « scrutantes, aquarum oculos quærentes « videre, sic enituntur in arte sua ».
(2) Imo : « et impetuosum....incidit ».



ETH. SOSIPATER AXIOCHO. 25.

Fratrem nuper te sepeliisse dicunt, et nimis ægre immoderateque ferre ejus obitum. Et quomodo te philosophum hominem satis admirer, ob tale quid affectui succumbentem? Somnus enim quidam est quæ fertur apud nos esse mors, consueto quidem longior, ad futuram tamen diem si conferas, brevissimus. In secessionem brevem (1) ablegantur mortui; non longo post futura et est nostra secessio. Perfer hanc disjunctionem; exspecta iterum conjunctionem. Ne afficiatur ita tuus animus, ut corporis amore trahi videatur; quoniam Plotinum quoque puduit, quod esset in

(1) « Longam » græca volunt.

corpore: ita tristem habuit istum philosophum mortalis hic circumjectus. Siste hactenus mihi lacrimas; terminos pone tristitiæ; prudentia subveni affectui; medicus esto tibi ipsi. Rationem habes; istud est medicamen

Nepenthesque et mite, malarum oblivio rerum.

Non ex meliore in statum pejorem transfert unquam creator suas creaturas. Mortalibus mortalia relinquamus. Magnis enim maculis hic animæ ista majestas inquinatur. Ego nativitatem quam mortem magis plorarem. Illa namque lacrimarum est initium, hæc adversarum solutio. Ignorantia nos vinctos habet. De morte igitur ita accipiamus (2), non quod malum sit, sed quod ignoretur ab hominibus. Nemo enim qui eam quid sit sciat, tam temere eam accusat (3). Quare ne Niobæ similis fias, ne videaris et ipse in lapidem humanam naturam transmutare.

(2) « Et mortem formidamus ».

(3) « Cujus enim rei aliquis notitia privatus est, illam incusat facil« lime ».



AMAT. CECROPIS DEXICRATI. 26.

Magnetem lapidem amare ferrum dicunt, et ideo vivere affirmant lapidem, donec cum amato cohæret. Quam enim primum lapis a compare dissociatur, statim emoritur, et vires suas deponit: tales affectuum consensus etiam inanimatis insunt, Dexicrates.

Ego autem quid patiar, amicissime, tantopere a familiaritate tua relicta. Eloqui ea, arbitror, acerbius mihi esset, quam pati. Sic dolore afficiam qui me afficiunt, et Amoribus fiam telum, scintilla venerea, maris igni ardentior (1).

(1) Vide not.



RUST. THERISTRO SPIRONI. 27.

In Ætnam Siciliæ montem transmigramus, dicentes Atticæ telluri vale. Nunquam enim infeliciorem ad fructus ferendos terram vidimus. Pro frumento murrhinas, pro ordeo hederas nobis edidit. Arca vero mea panaria vacua est, et area præter famem nil novit. Quaproper, primis seminibus non enatis, secundo non reddentem non sero. Non potest agricola famem et militem sufferre hostes. Neque nautæ quicumque sint sufficiunt contra ventum et fulmen pugnare.



ETH. HERACLIDES ANTISTHENI. 28.

Nondum mihi de ira remisisti, Antisthenes, et adhuc nobis es offensus, et inducta verborum schema celas offensam, ut illi qui scintillam ignis concludunt in favilla. Expurga posthac cordis fœditatem, quod a te petunt sermones nostri; si minus, mari es inhu-

manior. Sopit enim istud feritatem, et nautis humanam faciem exhibet, quando oleo illinunt jactatum nimiis æstibus.



RUST. LACHANO PEGANONI. 29.

Veni ad me mane crastino (1). Ibo enim ad urbem, et convivium præbebo, amicissime, quia Nymphis et Pani deo primitias gregis dedicavi. Nam bene nobis volunt sero tandem aliquando hi dii. Cissybia mihi lacte sunt expleta; oves feliciter pepererunt; adsultant capræ propter abundantiam quasi gaudentes. Desivimus cum paupertate certare, malevola bestia et morosa. Lappæ (2) in morem possidentibus adhæret. Affabile malum est, deses et iners, subtriste, ad mœstitiam pronum, ad dolorem facile, insomne, curarum amans, laboriosum, malorum inventivum, ingloriam, aspernabile, non invidendum: neque enim quis incidere velit in tale malum, nisi si Orestis furorem insanire judicetur. Abjicientes itaque ea quæ paupertatis sunt cum ipsa paupertate, ad bona alia transeamus, commutatione facta cum animo et sapientia (3).

(1) Vide not.

(2) Qui potuit « lappæ » dicere pro græco ἕλκους? Reponas, « ulceris ».

(3) « Mutato cum fortuna et animi sensu ».

AMAT. RHODINA CALLIOPÆ. 30.

Super amatoribus me differs et calumniaris, de partu relaxatam mihi distentionem turgiditatemque corporis esse cavillata. Tu vero tuas fraudes occultas esse putas; quoniam immaturos, o sceleratissima, quos concepisti fœtus occidis, et abortus præfers partionibus, per acriora medicamenta vivis in ventre conceptibus enecatis : sic quam homicida Medea immaniores committis cædes. Liberos isti suos ut enecaret in causa fuit improbus maritus, fœtus (1), feminæ laudabili alias et certaminum ejus comiti. Tu vero ne formam corrumperes mille strages edis, meretricula. Quare desistas inhumanitatem tuam tegere, et nostræ pietati illudere, apud quas humanius est parere, quam aboriri. Scias vero etiam terram tibi iratam fore, et quin exigat occisorum liberorum pœnas haud quaquam neglecturam.

(1) Deleatur nomen « fœtus ».



ETH. HEPHÆSTIO THALETI. 31.

Medica avis pavo Medorum quoque superbiam est sortita, magnum aliquid tumidumque de pulchritudine sua sentiens; in qua re tamen modestior videtur esse pavo femina (1). Pennas ergo veluti comas erigit

(1) Vide notam.

et illustrissimam speciem exhibet spectantibus, et formam orbicularem rotundat, mundumque cœlestem exprimit et oculis caudæ astrorum ornaturam repræsentat. Atque hic mos est avium Medicarum gloriæ et elegantiæ plenus. Sed enim non invident ornatum suum, quibus exemplo sunt, pictoribus. Tu vero tuis insides libris, ac tuas virtutes contegis, et labores inostensos sinis, tantam utilitatem nobis, qui caremus, invidens. Si igitur invidia quodammodo vos detinet, res est philosopho indigna, et a tua professione aliena. Si vero pigritia editionem impedit, idem pateris cum viro aliquo rustico, qui multum sudavit in excolenda terra, et, quum viget æstas maxime, non decerpit spicas.



RUST. POAS AMPELIO. 32.

Agedum conjuncto luctu, senecio, comploremus. Fluvius transsiliit, et malum nobis saltavit saltum. Totum agrum inundavit, et novellas vites limo obstruxit, ille durus. Majus autem hoc est malum; non vult scelestus inde repedare. Libenter vero et non sine voluptate agellum habitat, et ex agro nostro sibi fecit cubile. Amplius etiam est videre dignum lacrimis. Pro vitibus enim pisces colimus miseri. Quum fluvio lubet, capimus; quum lubet iterum, famemus : et magno aliquo dono donatus videor. Utinam æstate nubes nequaquam evocemus, ut imbrem nobis largiantur (1)

(1) Sententia esse videtur : « utinam æstate nubes nunquam essemus precati ut imbrem nobis largirentur ».

in ariditatibus! ita enim iis, quæ possidemus, non privabimur. Fluvius vero per se satis onerosus est. Quod si imbres etiam auxerint, igne est intolerabilior, et nullo modo ferociæ suæ frenos ponit.



AMAT. GALATEA THETIDI. 33.

Laudo tuam prudentiam, et experientiam tuam nimiam admiror. Velut enim ex tripode aliquo Pythico futura mihi profata es, ac, Lynceo acutius, profundioresque et immanifestas res pervidisti. Callimachus nos reliquit; avolat in altum evectus acerrimis satietatis pennis; aufugit a nobis scelestissimus, et satietatem prætulit cupiditati. Tu vero multa me monuisti: «Jurijurando ne persuadere, Galatea; juramento nihil «est levius in amantibus». Juvenes enim capti et inebriati voluptatibus amatoriis non jam rectæ rationis dictamini obediunt, sed faciunt et loquuntur quodcumque præscripserint Amores. Neque enim pro suo arbitrio velle possunt quod volunt. Perfidia fide videtur firmior et stabilior, et ad fallendum juramentum magister est idoneus.



ETH. THEMISTOCLES CHRYSIPPO. 34.

Quoniam temperantia ipsis quoque fabulis est lau-

data, age sane, Chrysippe, narrabo tibi fabulam non indecoram.

Convenerunt olim ad Jovem aves, legatione missa ad Olympium regem (1). Illud namque ægre ferebant aves, quod essent sine imperio, quodque summo aliquo et bono principatu (2) carerent, ac ideo sordes et illuviem multam sibi contraxerant. Annuit igitur Juppiter; et in opus ex consilio res est producta, donumque datum supplicibus admirandum. Regia enim dignitas erat, quæ dabatur. Quapropter ad fontes et lacus abire jussit aves ablotum suas sordes, et aquæ commissit inquisitionem regis. Erat autem a Jove propositus formæ decor et elegantia, ut, quæ præstaret ea, rex diceretur. Lautæ itaque aves omnes ad Jovem recurrunt protinus, ostenditque unaquæque suam pulchritudinem. Graculus vero, metuens informitati suæ, propriæ naturæ opificium interpolavit, alieno mundo se adornans. Sed arguit informitatem noctua, fictitiumque mundum prodidit. Cognitis enim inibi suis aliquot pennis, eas ut proprias abstulit, et aliis avibus exemplo fuit, ut singulæ, quod suum esset, auferrent. Sic graculus rursum factus est graculus.

Fabula hæc, o Chrysippe, veritatem quasi insonat(3), non exiguam temperantiam nobis interpretata. Sic enim homines qui sumus nihil horum quæ

(1) « Et Olympium rogabant ut ipsis ducem daret ».

(2) « Summo bono, principatu videlicet ».

(3) Græcorum est sententia : « veritatem non per somni vanas imagines, sed per veras vigiliæ visiones significat ».

hic sunt possidemus proprium; sed vivi quidem ad breve tempus fictitio ornamur cultu, exuimur vero mortui iis quæ non sunt nostra. Despicias eapropter bonorum corporisque curam, rei vero immortali sis intentus, nimirum animæ. Hæc etenim sempiterna et immortalis; illa vero mortalia et ad breve tempus nostra sunt.



RUST. MYRONIDES MOSCHIONI. 35.

Aratorem bovem mutuo dedi Tucaniæ, quia ei integrum jugum non erat. At vero promisit itidem sui mihi quoque tauri usum se facturum Tucania, quoniam et ego uno bove sum destitutus. Mirus enim ille mihi taurus mortuus est, quando difficilis illa pestis inter pecudes est grassata. Bonus vero Tucania pactum fregit, et, donec assequutus est quod voluit, visus est conditioni acquiescere. Ego autem tyrannicum hoc contagium fleo (1); non enim habemus boves ad arandum, et arandi tempus jam propinquavit. Tribunal igitur Tucaniæ parabo, et judices omnem hunc agrum constituam, et hujus ille fraudis pœnas subibit; et ita docebimus injuriosos et protervos abstinere malitia, unius hominis calamitatem habendo temperantiæ magistram.

(1) Vide not.

AMAT. ERASMIUS LYSISTRATO. 36.

Ludunt hominum genus Amores, et arbitrio suo subjiciunt eos qui sub luna sunt pueri, ut pictoribus etiam in aliquo adsentiamur, alati. Atque etiam bellum (1) videre liceat! sic enim alternis Amores qui feriunt feriuntur : sed in hac ipsa parte amplius peccavimus, quod et hostes ignoravimus, ut natura sunt. Quam enim nullæ rationis est affectus, quo ego teneor? Melanippen Diodori neptem extra modum amo, quam ne per somnium quidem ante mulierem vidi, sed audivi solum ab aliquo eam canere mirabiliter; et in animam accepi vulnus, nequidquam læsus ab oculis, quod solitus sum pati, Lysistrate. Nunc vero mihi sunt et oculi et aures : talia natura Amorum potuit. An igitur insania quædam sit in hoc commento (2), ignoravi hactenus; an vero phantasia aliqua sit, quod dictum mihi esse dixi, non constat, neque unus testis veritati sufficit. Doleo vero simul (3) ab anima, et non visam amo, Panicoque furori partim participare videor; et id invisum est quod amo (4), et illa sola opinio amatæ rei habuit essentiam.

(1) Imo, « hostem ».

(2) Vide notas.

(3) Imo, « doleo vero tamen ».

(4) Imo, « et illi invisum est quod amat ».



ETH. EURIBIADES CIMONI. 37.

Promittis multa, et facis pauca, et linguam habes vehementiorem quam actum. Sed si quidem ornatus verborum in admiratione apud te est, pictores lingua tua pollentiores existunt, qui talia per tabulas effingunt, quæ natura facere non potest. Quod si gaudere quoque vides promissis auditores, brevi quidem oblectas, non multo vero post contristas; id quod accidit istis tum multo molestius, quoniam et quæ in somniis apparent pulcherrima, non tantum nos lætos reddunt dormientes, quam tristes quum expergiscimus. Spes namque cum somno avolat. Congruentes vero res adfer cum lingua, ne et amicis mentiendo reddaris inimicus, et inimicis vituperandi materiam præbeas, ut veritatis expers.



RUST. TETTIGON ORTYGONI. 38.

Quid igitur vestem permutasti, et perdices dissipasti? vinum tibi malo fuit. Vino etiam Cyclopis oculo potitum esse dicunt Ulyssem. Quare nisi congregaveris, Tettigon (1), aviculas, tecum præcipitabo etiam me. Nam puerum intemperanter vivere, grave

(1) Imo, « Ortygon ».

est; et ante patrem sibi sepulchrum comparare filium, nimis quam est gravissimum.



ETH. THETIS ANAXARCHO. 39.

Non amare Thetidem potes et Galateam. Neque pugnat enim cupido (1), neque dividuntur Amores. Sed neque duplicatum sufferre poteris amorem. Nam sicuti terra duobus solibus foveri non potest, sic una anima duabus amatoriis facibus non est subjecta.

(1) Imo, « neque enim in frusta scinditur cupido ».



ETH. SOCRATES PLATONI. 40.

Injuriam patitur vero nemo, sed omnes afficiunt injuria, unusquisque eam sibi sponte inferens ac voluntario. Virtutis enim et vitii sumus imperatores. Agrum tibi ademit Leonides : exceptis hisce (1), et animæ tuæ nequaquam nocuit. Damnum dedit Philippus, et annulum in suum commodum adsumsit; nihil injuriarum intulit. Hæc enim aliunde acquisita et adventitia non sunt nostra. Tuum filium rapuerunt barbari; nihil passus es mali. Non enim in æternum possedisti puerum; nuper tibi non habenti natus est,

(1) Imo, « est is e rebus externis ».

et iterum non est, quoniam non est, sed fuit. Non (2) igitur injuriam inferunt, non patiuntur homines; et Homericum Cyclopem admiratus sum, qui nulli ex injuria nocere se dicebat, et erat ea pastori elocutio, quæ est veritatis affirmatio (3).

(2) Deleas negationem.

(3) Sensus esse videtur : « qui quum esset vel esse videretur affectus « injuria, neminem ipsum læsisse aiebat; et erat pastori negatio veritatis « affirmatio ».

RUST. MARATHO PEGANONI. 41.

Civilium molestiarum procellam fugiens et inevitabiles turbas urbis, precio conduxi hunc agrum, et animæ inde recreationem arbitrabar futuram. Sed in majora mala conjecti sumus. Nunc enim rubiginem habeo infestam, nunc locustas, alias etiam grandinem; pruina vero corrumpit fructus, tanquam hostis inexorabilis; et sudoribus meis miser ventis gratificor. Heu me infelicem ! quo me vertam ? quando labores rusticos conduximus (1), urbana appetimus; quando versamur in strepitu urbico, ea quæ in villicatione sunt amo; et præsentibus absentia semper potiora judico. Molestiarum una solutio mors est, sive naturalis illa sit, sive rursum manu facta. Non igitur suffocationem adhibere pro medicamento reformido; differre namque mortem infortunatos, stultum est.

(1) Imo, « recordamur ».

AMAT. PERICLES ASPASIÆ. 42.

Si dona quæris, non amas. Non enim acceptant Amores munera; et eadem lege suos instruunt amantes. Si quidem igitur amas, dare potius quam accipere te convenit; si vero bona appetis, et propter divitias amorem simulasti, animum lingua redarguit, vendens auro voluptates cuicumque cupienti.



ETH. DIOGENES DEMONICO. 43.

Arte illa facta femina, semivir bis natus, ad naturam neutram neque perfectus, nec utilis, contumelia afficiendus venit (1) Lydius eunuchus. Omnia enim corporis membra linguam habere clamant non ingenuam. Ego vero secundum Homericum Ulyssem ejusmodi tela non sentio. Absurdum namque foret, si muliebris sexus herois animum percuteret. Latrare igitur et furere eunuchis convenit, quia, privati manuum vi, omnia volunt lingua agere. Nostram vero amici lenitatem accusant, quoniam contumeliosum non pœnis remunerati sumus. Sic enim et asinus si calcitrarit, non ei tribunal denunciabis; quod etiam idem a Sophronisci filio Socrate pulchre dictum est.

(1) «Contumelia affecit nos».



RUST. PRAMIDES CORYDONI. 44.

Cras convivium dabimus (1). Omnia ad nuptias mihi parata sunt, pulmentarium ex leguminibus, cicer, caricæ multæ, et mulsum, et placenta, et popana. Ipse autem adfer artificem istam fistulam, mele cantaturus omnes hymnos evincentia : es enim pastoralis musicæ peritus, Corydon. Consilium enim cepi thalamum venereis voluptatibus sollicitare vocibus exhilaratum (2) tibiæ.

(1) « Sis mihi conviva ».
(2) « Exhilaratus ».



AMAT. LEANDER PYLADI. 45.

Nimis nobis adversantur Amores : ego quidem amo, at amata odit. Et quid agam miserrimus? Non æqualem habent Amores lancem, et inæqualiter dependunt hominibus lacrimas. Si ergo injuriam faciunt, dei non nominentur; si nomen non mentiuntur, recte judicent, et dolores itaque mihi non iniquo modo dividant.



ETH. DIOGENES ARISTARCHO. 46.

Macedoniam perculit Alexander, Bucephalo invectus equo. Eum vero equum narrant neque freno dominari potuisse, neque mansuetis blandimentis emolliri. Intractabile enim animal fuit, et quod tantum non voluerit non esse equus (1); et malum quoddam inacessum fuit, obviisque nimis ominosum. Unde igitur ascendit Alexander (2)? immanitatem equus quasi lenitate miscuit, mutata superbia in submissionem, ut videre fuerit temperantem intemperantem. Neque enim fas fuit Alexandro repugnare. Esto itaque, Aristarche, tu quoque fortunæ obtemperans. Nam non Alexandro, sed fortunæ, obedivit Bucephalus.

(1) « Et præ furore equi naturam exuerat ».
(2) « Quum inscensorem Alexandrum sortitus fuit ».



RUST. POEMNION ARNONI. 47.

Ubera mearum ovium a lacte disrumpentur, et mulgariorum nescio unde simus habituri satis (1). Quare da tu mihi quidem mulgaria; contra ego tibi dabo lac, magnis donis parvas relaturus gratias.

(1) « Et mulctralibus nescio quomodo destituimur ».

AMAT. CHRYSOGONA TERPANDRO. 48.

Ne reprehendas probris insectantem te amasiam et contumeliis. Suaviter enim sæpe potiuntur voluptatibus amatores; sæpe vero etiam plagis et vibicibus insigniuntur (1). Si vero contumelia cæsus ægre fers, neque rosam carpes, qui spinam evitas.

(1) Vide notas.

ETH. LEONIDES PERIANDRO. 49.

Misertus est Priamum filius Thetidis orantem. Canos enim hostium reveritus est Pelides, patrique mortuum dat filium, infelicissimo dono muneratus Priamum. Et ejus quidem audaciam sum miratus, hujus vero humanitatem laudavi. Fias mihi tu quoque Æacides, et cani capitis miserere lacrimas, filio mihi meo vivo reddito. Infelicitamur enim et nos, ut et Priamus. Te namque, qui non es hostis, de puero rogamus, lacrimis, non atramento, epistolæ conscribillantes litteras. Sed si quidem humanitatem tuam obtinere amas, antevertat petitionem donatio. Quod si vero ratio tibi non moderatur, sed iraque et tetricitas antiquiora sunt, ad breve quidem lætus eris; tristaberis vero magis, tam duri et a philosopho alieni animi magnas aliquando luiturus pœnas.

RUST. CALAMO SPIRONI. 50.

Si agricola esse constituisti, turbis urbanorum abstine. Si vero rhetoribus, curiisque ac tribunalibus studes, remisso ligone, sumtisque calamo et charta, ad corvos ito, senecio. Non enim sycophantas homines, et id, «viri judices», crebrius iterantes, rusticorum admittit politia.



AMAT. RHODOCLEA HYPSIPYLÆ. 51.

Piræum heri noctu forte circuivi, et amatorem tuum cum Chrysippa vidi. Et adolescens prælucebat facem; et qui ex amicis honoris ergo præirent, anus erat Abrotonium. (1) Quum vero eam quæ ibat præ alloquerer, rogavit amator tuus (2) ne hæc palam, quæ in tenebris facta essent, divulgarentur. Igitur neque juranti, neque blandienti credas. Linguæ enim dolus utrum libet est fallax.

(1) Imo : « et deducebat eos amica anus Abrotonum ».
(2) « Alloquerer, extinxit facem puer : sic enim jubebat amator tuus ».



ETH. SOCRATES CLEONI. 52.

Quando lupi magna præda potiti sunt et satietate sibi temperant, abstinent quodam modo ab agnis, et

more isto fero in humanitatem verso, mirabili quadam justitia imbuuntur a satietate: cum ovibus enim una pascunt, et parcunt, donec venter latraverit. Sed tu lupis morem habes impudentiorem, et eo avariori multo es intemperantia, quando aurum scaturiunt tui thesauri, non secus atque ebriis accidere solet : qui quum vino saturati sunt, tamen sitiunt, et in ebrietate ebrietatis augent vehementiam. Propter enim summam copiam ad contrariam dispositionem exhilarante simul et exurente vino, ebriosi dilabuntur. Apage intemperantem ebrietatem isthanc; intemperans, ne quandoque, si fortuna ea, quæ dedit, auferat, ad contrariam partem devolvaris; talibus enim pœnis immoderatos castigat atque temperat.



RUST. MINTHES RHIZONI. 53.

Fluvius Chrysippus (1) agelli mei partem furatus est, et agro tuo vindicavit, stultum quid committens, et vecors in re aliena sibi potestatem facit (2). Sed si quidem tribunalis onus tuis humeris ferre non es par, donis fluvii ne fruaris; si vero alienis rebus gaudes, non multo post flebis privatus et exutus tuis.

(1) Vel « Chrysaspis ».

(2) « Stultum quid committens et vecors : alienis enim donis liberalitatem præfert ».

AMAT. MEDEA JASONI. 54.

Nihil ita positum est in studio hominis aut fastidio, quam affectio amatoria. Ubi tibi lacrimarum flumina, quæ ad pedes nostros defudisti? ubi avolarunt tibi mille ista genera sermonum illorum et verborum, aut submissio et humilitas? puto neque fœnerantes ejusmodi ad fœneratores uti verbis, neque vulneratum, quum in hostiles devenit manus. Continua abiit insomnia; matutina reliquisti blandimenta; abjecisti mille preces, pacta, juramenta, quæ per admissorias feminas mihi sancivisti. Ad aliam desubito puellam delapsus es, quemadmodum qui dormiunt indiscriminatim ab uno insomnio relabuntur ad alterum. Laudo pictores : alatos enim Amores pingunt, et arte transformant id quod vere est, et fictionibus veritatem exprimunt.



ETH. PARMENIDES CHRYSOSTHENI. 55.

Experrectum quidem esse per omnia, immortalis naturæ proprium est; moderate vero dormire, est ex iis quæ nos præstare possumus, et, ut videtur, humanum. Sed ultra dormire quam decet conveniens potius mortuis est, quam vivis. Plurimas, Chrysosthenes, tuæ vitæ partes abstulisti: semper enim dormis, et ab his locis te transfers, veluti quidam Ulysses

extra habitatum nobis orbem exerrans, quasi in Oceani vicem usus somno, et neque surgentem neque cadentem solem videns.

RUST. DAPHNON ÆGIRO. 56.

Ficus tuæ in meum fundum radices extenderunt, sub ditione tua amplius esse detrectantes. Et, jurisdictione tua sublata (1), mihi donant suos proventus. Ad meos enim labores sua sponte transfugerunt. Et id legis est rusticis; et obedi moribus inveteratis, senecio. Quod si moribus nostris vis contradicere, ut novum te existentem legislatorem et recentem exturbabimus, et extra limites nostros ejiciemus ut alienum.

(1) « Et jus quod fuit tuum secum auferentes ».

AMAT. PYRRHIA PHILONIDI. 57.

Si amas, ne accusa deformitatem amatoris (1): non enim potest non cæcutire amans anima. Nam pervicax est amantium inter se mutuo affectus. Si non amas, quid fles et ingemiscis, et molestiam infers tibi ipsi voluntariam? Utrinque igitur peccas : modo

(1) « Amicæ ».

quidem, ut amator non bonus; modo, ut antagonista formidolosus (2).

(2) « Modo, ut amator, cupiens; modo, ut inimicus, detestatus ».

ETH. DAMASCIUS ANTIGONO. 58.

Si vitæ pignora Socrates non habuit, pædagogus tuo filio non adsumatur. Vitæ vero pignora intelligantur esse liberi. Quem enim natura docuit esse patrem, eumdem etiam pædagogum filiorum debere esse fit verisimile; re ipsa discentem et generationis habitum, et paterni in liberos amoris anxietatem.

RUST. CEPIA CORIANNO. 59.

Adjutor esto mihi sub meridiem, Corianne. Maceria namque agrum intersepiam; malos enim viatores [vicinos] habemus, nec sufficiendo sum brutis simul animalibus atque hominibus. Lepus vineas, eruca deperdit olera. De talpis vero quid dicam? horribile enim hoc est malum rusticis, et hostis cui resisti non potest. Quare te mihi adjunge, et partem laboris in te suscipias. Et ego rursus iisdem operibus compensabo. Sic enim formicæ quoque per mutuas operas laborem conficiunt, et maxima etiam quæque aggrediuntur.

AMAT. ANTHIA ORIONI. 60.

Omnia femineo sexui subjecta sunt. Laidem amat Diogenes, Sostratam Phrygius; philosophiæ majestas periit; venerandos mores abjecerunt; ætheriam mentem reliquerunt; altum istud studium ementiti sunt; omnia evanuere, quæcumque olim illis ad exercitium faciebant. Intempestum vero ludicrum videtur esse mihi, virum senem, cano capite reverendum, superbientem venerabilitate, adolescentis meretriculæ amore captum. Ego vero cachinnos et risum continere nequeo, quandocumque sollicitor ab istiusmodi senecionibus (1). Multum enim olim damnarunt Venerem, et, quod amplius est, amantes insanire furorem voluntarium dixerunt, appetitum intemperantis animæ amores esse definientes. Omnia ferre sapientis est; sperare vero nimis est quam prudentissimum: nam multa tempus et fortuna possunt.

(1) « Obviam fio senecionibus ».



ETH. SOSTRATUS LYSISTRATO. 61.

Posteaquam pluribus et mirandis monitis sæpe Penelopæ quidem telam visus sum detexere, agedum tandem age et fabulosam narrationem incipiamus: tuum enim forte captum dicta penetrabunt.

In novellis arbustis cicada sedens æstatis tempore cecinit; et, suam ipsius harmoniam sentiens, ea est oblectata. Formica vero messoribus aderat, et circa aream est versata, et in terræ sinus abscondidit sua cibaria; ut quæ formica prudentior existeret cicada. Transivit igitur a boreali parte sol, abiit autumnal, et hyems descendit in terram. Mare vero tranquillitatis suæ fidem fregit. Nautæ portus, ut in quibus salvi forent, sunt amplexi, et rusticus se ad suum recepit focum, ac formica in imis terræ visceribus ex iis quæ laboraverat pabulum habebat sufficiens. Supplex vero cicada a formica petiit, ut partem sibi daret repositorum. Hæc vero melodam ablegavit a suis foribus, irrisam valde ob pigritiam, eique in memoriam revocavit æstivos cantus. Quapropter illi cessit cantus in famem, huic vero labor in luxum et opimitatem.

Quadrat in te fabula, Lysistrate. Piger enim febricitante es infelicior, duplo tantum comedens quantum diligens. Apage igitur pigritiam, optime; conspurcasti enim naturæ dona, dum vires ejusmodi roburque corporis, laborum exercitio neglecto, incultum præteris.



RUST. TETTIGON PORPHYRIONI. 62.

Felix vir est Corydon, et, ut videtur, fortunæ amicus. Vites uvis gravantur; piri curvantur ac decerpi

volunt; oleæ pronutant in terram et multitudine fructuum ramos cogunt. Prata spissa gramine; area florentibus similis sulcis. Et muliercula post omnia exhilarat conjugem. Tot enim habet pueros, ut Danaum et Ægyptum fœcunditate vincat: alius enim est subrumus; alius lactare destitit; alii vero repunt, nondum recta inambulantes; aliqui balbutiunt, et dentes mutant; alii ad florem veniunt, et jam sunt adulti: arundinum in modum, quæ dispares collocantur in fistula, ætatum illi ordo constat. Tu vero dissuades ne filiolam despondeam Corydoni, et affinitatem hanc vituperas (1), quasi abominatus ignobilitatem. Heu me! deceptus sum, et levi fui mente. Inutiles hominibus sunt natales: nusquam enim magis aliquid æstimatur quam opes.

(1) « Dissuadebas »... « vituperabas ».

AMAT. CHRYSES HEPHÆSTIONI. 63.

Non amplius Diodoten amas; faces amatorias extinxisti. Nullus enim tibi super ea zelus, quum videas libenter eam esse una cum Lysistrato. Invidiosius Amoribus nihil est. Et quomodo amas, in molestia tali tam obstinata mente philosophicaque te obdurans?

ETH. SOCRATES MELANIPPIDÆ. 64.

Gymnastici quidem pædotribæ duri sunt erga pueros, temperantiæ vero magistri. Quum enim nondum neque prudentes sint pueri, neque legibus exsequendis utiles, minis coercemus eorum immodestiam. Nam pueros verbis magis, quam virgis coercemus. Ego vero tuam impudentiam miror, qui neque castigationes publicas metuas, neque audias admonitiones. Insipientem pueri in senectute mentem habes. Eas igitur, si velis, ad barathrum. Quem enim verbera et verba non docent esse temperantem, hunc persuadere velle, ut absistat a malitia, nimis operosum est; et facilius esset aut Augiæ stercus egerere, aut cotyla exhaurire totum Atlanticum pelagus.



RUST. BUBALIO CISSYBIO. 65.

Gorgiæ filius injuriam nobis adfert. Confinia enim nostra equo vectus invadit scelus, et sub nomine venationis dolos suos pertexit pessimus. Sed neque lepus apud nos versatur, neque dorcas errat, neque bubali, neque cervi, neque aliquid aliud eorum quæ ad venationem sint utilia. Metu enim carcerum laqueorumque, quibus capiuntur, arcentur hinc lepores; dorcades autem et bubalides, vicinorum leonum. Et quid tandem tibi mille genera ferarum recenseam,

cum quibus simul etiam nos esurimus? quod enim nulli homines hic sunt, nobis; quod nullæ feræ, feris malo est (1). Quoniam itaque tibi cognatio intercedit et necessitudo cum injurioso isto, Cissybie, fac quod est optimum, et tui sermones eum reddant modestiorem. Nam scito illum canibus lacerandum, si posthac nostros agros frequentarit. Jam vero canis femina cum filiis custodit mihi agellum, humana pinguedine expleri gestiens.

(1) Versio Genevensis: « nos enim, quod non sumus [viri], bestiæ « vero, quod non feræ sunt, puniuntur ».

AMAT. PITHO HIPPOLYTO. 66.

Formam, non morum gravitatem, amplectuntur potius amantes. Nam temperantiam non promittunt Amores; sed pulchritudine corporis oculum intemperantem inescant. Quare si propter mores Rhodocleam amas, non voluptatibus dominantur Amores. Etenim ratione philosopha telum venereum non tangitur.

ETH. ERATOSTHENES ÆSCHINI. 67.

Juramenta devoras velut holera, et, si dentes com-

ploseris, in numerato rem habere putas. Adhæc expostulantibus de hac re tecum obloqueris,

Lingua juravi, mentem injuratam gero;

non sciens infrenem linguam majorem peccati subituram castigationem. Quæ enim sermone peccamus, re vera luemus. Moderatam igitur servato linguam, caveasque ut non nisi cum veritate jures. Nam quum levis res videatur esse juramentum, omni tamen onere gravius est. Unde Tantalus etiam punitus est, quoniam in rebus divinis linguæ suæ non poterat moderari.



RUST. SEUTLIO CORIANNO. 68.

Cepi demum pessimam vulpeculam, et captam diversis vinculis custodio scelestissimam, deducamque in publicum, Corianne, rusticis omnibus convocatis, ac de hoste triumphabo. Et publice ea pœnas accipiet, pro multis malis unum subitura supplicium.



AMAT. CALLIOPE LAIDI. 69.

Crobylo et cicada Gorgias ornatur, nondum pubescens. Et ferocit propter formam, escamque doloris (1) proponit nobis decorem. Ego vero et senectam

(1) Vide notas.

et morbum et tristitiam tabulis inscribillans, ante januam amentis deponam; ea enim habebit aliquando suæ formæ decorique adversaria.



ETH. PLATO AXIOCHO. 70.

Habenis equos dirigimus; et navigamus, alias quidem velis extendentes navim, alias anchoris frenantes quasi retinemus. Sic gubernandum linguam, Axioche, alias quidem sermonibus exercendo, alias autem silentio consopiendo.



RUST. RHODON CYPARISSO. 71.

Lucanos iterum obvenisse dicunt. Ideo, abjecta falce, hastam et stimulum (1) fabricabo, et artem bellicam exercebo. Non enim nos ociari patitur deus. Mihi hyeme æstas est gelidior : nam quid bello sit horridius? Vere adveniente flevi. Quam comatus ager stat floribus! quam odoratus a myrtis agellus! quam ornata spissa ista platanus! viret triticum; omnia mihi ad abundantiam festinant. Sed malum nobis dant hostes. Exoptabilior enim iis ensis est aratro.

(1) Imo, « et ferrum hastæ imum ».

AMAT. SOSIPATER TELESILLÆ. 72.

Nisi venereis voluptatibus invenustam satietatem miscuisset natura, serviret jam sexus masculus feminino, Telesilla. Non igitur superbias, meretricula. Veneris mihi fax jam emortua est; neque dolores immortales Amorum tela faciunt.



ETH. PROCLUS ARCHIMEDI. 73.

Polypos dicunt in capturæ penuria tricas suas devorare, membra sua nimirum miserrimæ, tanquam opsonium re vera apparatum. Edunt igitur infelices membrorum suorum partes tenuissimas (1), et ostenduntur comedones esse propriæ carnis. Ut vero, Xanthippe, non omnibus habere polypi mentem videaris (2), saltem sane ego illud esse credo certissimum. Tractas enim nimis inhumaniter tuum patrem, neque naturam veritus, neque pœnam, quemadmodum barathrum timeri solet, metuens. Sed, si quidem resipiscas, immemorem præteritorum malorum experieris Pronemesin; si vero in furiosa ista auri fame, inevitabili nempe malo, perseveraris, æqualem lancem deus tibi trutinat; et pueros habebis paternæ malitiæ imagines et simulacra verissima. Sic

(1) « Partes maxime vitales ».

(2) « Nonne, Archimedes, polypus mente esse omnibus videris » ?

enim et viperini partus maternam impietatem excipiunt, prægnantem et alumnam alvum disrumpendo.

***

RUST. ELAPHO DORCONI. 74.

Fœcundus est ad fructus producendos fimus pecudum. Quare da mihi tuarum pecudum stercus. Et contra recipies tu quoque precium beneficentiæ pira atque olera. Sic tuum munus gratiis splendidioribus remunerabor.

***

AMAT. ARISTOXENUS POLYXENÆ. 75.

Meretriciis voluptatibus nihil instabilius est. Infida sunt oscula labiarum tuarum. Amor enim, qui radices non egit, statim marcescit. Ego temperantiam istam, quæ videtur vulgo invenusta, eligam potius; stabilitatem enim præfert. Et dote emam nuptias; nam fidem emere meretriciam, difficillimum est.

***

ETH. DIOGENES SOTIONI. 76.

Parva hæc gloria tale quid videtur esse sapientibus, quale quod videmus in somniis, et fictis fabulis

inanior est et pejor, instabilis, levis, ludus sonis reciprocis Echus et ventis vanior. Hæc eadem, et quum abest, moleste nos habet; et, quum accedit, ampliorem tristitiam facit. Etenim non multo post improba in cupitos suos deprehenditur, et ante esse transcurrit ad non esse. Ne te concutiant fortunæ flatus, quæ ludit homines prout vult. Vanitates enim vanitatum sunt res hominum.



RUST. BUCOLION MYRONIDÆ. 77.

Mazæ tuum nepotem reddunt petulantem (1), Myronides. Rubro panno buceta terruit, et vitulum amabilem istum præcipitavit. Æquales autem ejus ex calamitate fecerunt ludum. Ne præbeas puero duos chœnices ulterius. Pueri enim, et, quum turgent a cibo, sunt immodesti; et, quum luxuriantur, adhuc immodestiores.

(1) Melius Genevensis : « nepos tuus nimis luxuriose vitam instituit ».



AMAT. PERICLES CALLIOPÆ. 78.

Virgineis potiri voluptatibus nimis et supra modum est arduum. Ego vero pigror hanc animam. Et quid faciam? pacificationem enim, quum ferit, non admittit Amor. Ipsa controversiam hanc inter me et

Amorem discepta, ac da mihi calculum humanitatis. Nam fascinant Amores, amare quidem concedentes, potiri vero auferentes.



ETH. ISOCRATES DIONYSIO. 79.

Præcursores, et lictores, et præcones, et sedium altissimarum adeptio philosophiam obscurant, et imprimis pollent ad separandam semovendamque virtutem. Non mutaveris cum fortuna naturam; adhuc habes bulgam pelliceam. Mortalis enim ab initio factus es. Quid igitur inanem hanc gloriolam in tali luteo utre inflasti (1)? ad magnam redactus es amentiam miser, et a naturæ cognitione distractus. Ita alta fortunæ culmina desistere te a pristina rerum contemplatione coegerunt, et ut ab ista moderata insania recederes præpararunt. Olim quod erat altum, tibi erat humile; nunc humile et quod terram tantum non radit, fortunæ summus gradus est. Quapropter desiste a falsa felicitate et fugitivam fortunam fuge. Nam quum prævideris instabilem, desubito ingruentem mutationem non ægre feres.

(1) « Quid igitur inanis hæc ac levis gloriola tantopere luteum utrem inflavit »?



RUST. CORYDON AMPELONI. 80.

Rusticis nihil est miserabilius. Premimur etiam a ventis, infelices. Deperdit nos auster; spicas mihi evanidas fecit; vitem læsit, et acinos corrupit. Nec possum eum qui me tristat in jus protrahere. Quare falcem et hamam abjiciam, clypeum et galeam et ensem sumpturus, ac miles fiam; et, arte mutata, fortunam experiar.



AMAT. LEANDER CALLICOMO. 81.

Si quidem inter homines auro quid sit preciosius, doce; et majoribus donis emam (1) voluptatem. Quod si non, leviori fruar precio tuis gratiis (2). Neque enim Danaes habes formam, aut adeo ipsa es sanctior; neque ego sum Jove ditior, qui auro emam virginitatem.

(1) « Remunerabor ».
(2) « Gratificare me ocyus voluptate ».



ETH. SOCRATES ALCIBIADI. 82.

Poeseos etiam lusus pleni sunt sapientiæ. Cera Ulyssis socios obturasse dicit aures Meletis filius,

postquam navigio advecti fuissent ad intemperantes Sirenes; Laertis vero filium vinculis se constrinxisse quasi carcere quodam inevitabili. Significat philosophiæ secreta. Sirenas enim puto poesin fingere informes ac turpes voluptates. Et admiror nimium in modum Homerum, commiscentem rebus veritatem, et cyceona nectare suaviorem auditibus nostris instillantem, non secus ac re vera notham aquam vino alicui generosissimo misceret. Sic enim neque fabulis fallemur, neque infinita incomprehensibilique entium comprehensione mentem inebriabimus. Quare per ceram quidem ignorantiam, per vinculum philosophiam intellexit. Inde solum Ulyssem tam suavia supra ipsos quoque cycnos audivisse carmina fingit, et vinculis perrupisse viam (1). In malorum enim perspicuitate consistit virtus philosopha; in voluptatum vero fuga philosophiæ e certamine comparatum tropæum. Quoniam itaque, Antimache, Ulyssis errorem hæc vita exprimit, ac in mare turbarum miser homo innatat, et circumsistunt nos Sireneorum cantuum voces, ac ventorum instar modo hinc modo alia nobis non bona intentant, Penelopeæ conjugem imitabimur, firmum istud virtutum et divinum philosophiæ vinculum prætendentes.

(1) Melius Genevensis : « reprimere cupiditatem ».



RUST. ANTHINUS AMPELINO. 83.

Appropinquat jam vindemia, et musto ebriosa

sunt acina. Circumspicias igitur qua potes optime in via publica, et Cretensem tibi canem adhibeas comitem. Viatorum namque manus continentes non sunt, sed ad rusticis sudoribus injuriam inferendam paratissimæ.



AMAT. CHRYSIPPA SOSIPATRO. 84.

Amatoriis retibus nonne captus es, Sosipater, qui Anthusam ames (1)? ingenuorum oculorum signum est, adolescentulam amare decoram. Ne ingemisce, victus pulcritudine. Majus enim (2) oblectamentum inde capies. Amatoriæ lacrimæ dulces existunt; nam voluptate sunt commistæ, quæ dolorem alias creant. Et exhilarant Amores, quum tristaverint. Multiplicibus enim affectibus Veneris cestus est insculptus.

(1) Vide not.
(2) « Majus enim laboribus ».



ETH. PLATO DIONYSIO. 85.

Si mœrorem vis vincere, circui sepulchra; et passionis invenies remedium. Et maximas hominum fortunas ulterius cinerem videbis esse nihil.



NOTAE
IN THEOPHYLACTI
OPUSCULA.

NOTAE

IN DIALOGUM

VEL

QUÆSTIONES PHYSICAS.

Pag. 1.

(*) Lemma codicis 3044 = A: Θεοφυλάκτου ἀπὸ τῶν ἐπάρχων τοῦ σιμοκράτους διάλογος περὶ διαφόρων φυσικῶν ἀπορημάτων καὶ ἐπιλύσεων αὐτῶν. Προοίμιον. Codex 204 Supplementi = B caret lemmate. In duobus illis codicibus ante τὰς χελιδόνας, quod est editionum et codicis 993 = C initium, hæcce leguntur verba, quæ nolui recipere in textum, adeo sunt aliena. Quod si ad præfationem pertinuerint olim, plurima periisse necesse est: Οὐδὲν ἀρετῆς δυνατώτερον οὐδὲ τυραννικώτερον· αὕτη γὰρ, ἐλέγχουσα τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολὰς, ὑπ' αὐτῶν ἐλέγχεσθαι οὐκ ἀνέχεται· ἀλλὰ, πάσας τὰς ἡνίας τοῦ πρέποντος ἐπιβάλλουσα (vide p. 172, 18), ἡνιοχεῖ καὶ ἄγει πρὸς ὅπερ βούλεται. Esse etiam id initium in codice Florentino didici ex Bandinii Catalogo t. 2, p. 263. Lemma codicis C: σχολαστικοῦ τοῦ σιμοκάτου διάλογος· ἡ δὲ διάλεξις τοῦ διαλόγου. Τὰς χελ.... Lemma Commelinianæ: Θεοφ... ἀπὸ ἐπάρχων τοῦ Σιμοκάτου διάλογος περὶ διαφορᾶς φυσικῶν ἀπορημάτων καὶ ἐπιλύσεων αὐτῶν. Ἡ διάλεξις τοῦ διαλόγου. Τὰς χελ... Lemma Vulcanianæ et Rivinianæ: Θεοφ. τοῦ Σιμοκάτου ἀπορίαι φυσικαί. Τὰς χελ... Vocabatur Theophylactus cognomine τοῦ Σιμοκάτου, non Σιμοκράτους, ut est in A, nec Σιμοκράτου, quod exhibet codex 1657 (vide infra notam primam ad Epistolas), sed Σιμοκάτου. Dubitationi locus esse potest de nominis recto casu. Suidas: Θεοφύλακτος, σο-

φιστής, ᾧ ἐπώνυμον Σιμοκάτης. Ac variis sub vocibus ex ejus Historia Mauriciana exempla sibi sumens, testem vocat τὸν Σιμοκάτην, etiam τὸν Σιμοκάττην sub Γέλως πλατύς. Quæ varietas circa literam nullius est momenti. Mutatio desinentiæ gravior est, quum eumdem citans historicum cognomine τῷ Σιμοκάτῳ utitur, etiam τῷ Σιμοκάττῳ sub Εἰσῄρρησεν. Atque ad Dionys. v. 730 Eustathius de Theophylacto historico : οὐ μόνον δὲ ὁ Σιμόκατος, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ πίστεως ἄξιοι τοὺς Οὔννους ἔθνος ἱστοροῦσι Σκυθικὸν ἀξιόλογον. Dictus fuit et ὁ Σιμόκατος Tzetzæ in Chiliadibus 3, v. 100; 8, v. 517.

Quidquid id est, inde lucramur ut pro certo possimus asserere eidem Theophylacto Historiam ac Quæstiones physicas et Epistolas esse tribuendas; qua de re nonnulli frustra dubitaverunt. Titulus expræfecti, ἀπὸ ἐπάρχων, Theophylacto etiam a Photio datus est Biblioth. cod. 65; etiam ἀντιγραφέως, non scribæ, ut est in versione latina, parum circa id nomen diligente, sed magistri scriniorum : vide Dutheil. in Notit. mann. t. 8, part. 2, p. 80, ubi de Theophylacto disseruit. Dicitur et σχολαστικὸς, seu causarum patronus; quo de nomine ejusque variis significationibus vide Tarin. et Barth. ad Zachariam Scholasticum init.; Catan. et Longol. ad Plin. 2, Epist. 3, 5; Coray. ad Plut. Cicer. 5, et Epist. de Hierocle p. 23; Petav. ad Synes. p. 84; Cleric. ad Sulp. Sever. Dial. 1, 9; Rader. Isag. ad Scalam Jo. Climaci c. 2; Upton. ad Arrian. Dissert. 1, 11, 39.

(1) C, Τὰς χελιδόνας φασὶν ὑπὸ τῶν μητέρων τὴν παρ' αὐτῶν.

(2) Editi et C, διδάσκεσθαι. AB, ἐκδιδ. Præpositionum in compositis omissionem sæpius notare me memini. Alciphro 3, 43, 27 : οὕτως ὁ δριμὺς γέρων καὶ πικρὸς ἐπίμπρατο καθ' ἡμῶν. Codex 2720, ἐνεπίμπρατο. Idem 3, 46, 20 : χρή σε τὸν κοινωνὸν τῶν δυστυχημάτων, μερίτην γενέσθαι καὶ τῆς εὐτυχούσης ἡμέρας. Idem codex, συμμερίτης, quod non statim prætulerim, præsertim ob Thomæ Mag. regulam, qui μερίτης probat unice, συμμεριστὴς damnat. Potest reponi non idem esse συμμερίτης ac συμμεριστής : vide Bergler. ad Alciphr. 1, 17. Est tamen συμμεριστὴς pro consorte et participe in Prodromi Rhodanthe 9, p. 381 : Λέγειν τὰ πλεῖστα τῆς χαρᾶς δωρουμένης, Ἧς συμμεριστὴς καὶ Κράτανδρος καὶ Κράτων.

(3) Editi, οὐδὲ γάρ. C sine μήτηρ, quo vocabulo absente sententia

nec mala foret, sed, præsente, melior esse videtur, saltem acutior ut sophistæ.

(4) C, ἔγγονα. Est ἐκγόνων sine varietate p. 20, 9, 16. Cf. ad Epist. 7, n. 5. Ducas Hist. p. 41, B : ὁ δὲ τοῦ Τεμὺρ ἔκγονος. Est in codice ἐγγονός. Scribere debuit Bullialdus ἔγγονος, codici adhærens, et quod ille de quo agatur homo fuerit Temyris nepos, υἱωνός. Quæ observatio valeat et ad rescribendum apud Ducam p. 35, 2, ἔγγονον, ut est in codice, pro Bullialdi lectione ἔκγονον. Obiter monebo furiosum illum heroem, quem Bullialdi Ducas vocat Τεμὺρ, in codice plerumque dici Τεμὴρ, nonnunquam Ταμὴρ.

(5) CVR, πόλεσιν εἰσοικίζεσθαι. Comm., πόλεσι εἰσοικ. AB, πόλεσιν οἰκίζ., omissa præpositione, de quo modo notabam. Ducas Hist. p. 15, A : συνθεμένη ... καὶ οὓς ἀνδραποδίζουσιν οἱ Τοῦρκοι Ῥωμαίους ... ἔχωσι ἄδειαν πωλεῖν. Melior est codicis lectio : οὓς ἐξανδραποδίσουσι ... ἔχωσιν ἄδειαν. Idem p. 18, C : αὐτὸς δὲ διὰ λόγων πιθανῶν ἐπράϋνε τὸν ὄχλον. Codex, κατεπράϋνε.

(6) Editi et AB, καὶ προσᾴδειν ἀνθρ. C, προσᾴδειν τε ἀνθρ. Hirundo ad Lusciniam in Babriæ Fabula : Ἀλλ' ἐλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων ... ὅπου γεωργοῖς, κοὐχὶ θηρίοις ᾄσεις. Est quod sequitur περιλαλεῖν active structum orationis Theophylacteæ. Hist. p. 15, C : κιθάραι περιελάλουν ἀνειμένον ὁμοῦ καὶ ἐπαγωγόν. Et p. 28, 4 : σύριγγα πρᾶον ὁμοῦ καὶ ποιμενικὸν περιλαλοῦσαν τερέτισμα. Et p. 41, C : προστάξας περιλαλῆσαι τὸ ἀνακλητικὸν τὴν σάλπιγγα.

(7) VC, ἄγε δὴ σὺν ἄγε. Comm., ἄγε δὴ [σὺν ἄγε]. R, ἄγε δή. AB, ἄγε σὺν ἄγε, quod mihi placuit. Infra p. 7, 14, est ἄγε δὴ ἄγε. In Hist. 1, c. 9 : ἄγε δὴ ἄγε· c. 11 : ἄγε δὴ φέρε. Niceph. Gregoras 8, 7, 2 : ἄγε δὴ σὺν ἄγε.

(8) Editi, μαθόντα. AB, μανθάνοντα. C, μανθάνοντα· εἰ δέ. Pro θαλάμων citra necessitatem conjecit θυμελῶν Kimedoncius, cujus hæcce est nota : « Malim ego θυμελῶν. Movent me illa, quæ præcedunt proxime : καὶ προσᾴδειν θεάτρῳ με δίδασκε. Dicitur enim hic dialogus coram collegio philosophorum aliquot, quasi in theatro ; et, ut a metaphora non discedat, addit author προσᾴδειν. Sic Epistola prima de cicada : τερετίζει γοῦν ὁ μελῳδὸς βῆμα τὸ δένδρον ποιούμενος, θέατρον

τὸν ἀγρόν· καὶ τοῖς ὁδίταις τὴν μουσικὴν ἐπιδείκνυται. Alio interprete ad locum hunc non est opus; nec melior esse posset. Βῆμα appellat pulpitum sive θυμέλην, qui locus erat altus in orchestra quinque pedes, forma mensæ sive altaris, unde Bacchi ea ara. Suidas in voce Σκηνή: ἔστι μετὰ τὴν ὀρχήστραν βωμὸς τοῦ Διονύσου, ὃς καλεῖται θυμέλη. Isidorus lib. 18, cap. 47: « thymelici autem erant musici « scenici, qui in organis et lyris, et citharis præcinebant. Et dicti « thymelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pul- « pitum, quod thymele vocabatur ». Et cap. 44: « orchestra autem « pulpitus erat scenæ, ubi saltator agere posset, aut duo inter se « disputare : ibi enim poetæ comœdi et tragœdi ad certamen con- « scendebant, etc. » Facit huc, quod in eadem metaphora etiam postea perseveret. Nam illa εἰ δέ τι καὶ τῶν ᾠδικῶν ἔξω γενοίμην ῥυθμῶν, ὑπηχεῖτε φιλοτίμως μοι τὰ λειπόμενα· est enim ea vox e theatro, veniam petentium musicorum. Simile de Nerone canente apud Græcos in theatro, cap. 23 Sueton. : « judices autem, priusquam « inciperet, reverentissime alloquebatur : omnia se facienda fecisse, « sed eventum in manu esse Fortunæ; illos, ut sapientes et doctos « viros fortuita debere excludere, etc. » Kimed.

(9) Editi AB, εἰ δέ τι καὶ τῶν... ὑπηχεῖτε φιλοτίμως μοι τὰ λ. C, εἰ δέ τι τῶν ... ὑπηχεῖτέ μοι φιλ. τὰ λ.

Pag. 2.

(10) De nomine συνέριθος vide infra ad Epist. 24, n. 6; et de Eunomo ejusque cicada quæ monui in Anecd. t. 1, pp. 264, 455; coll. Jacobs. ad Paul. Silent. Ep. 48.

(11) AB sine ὁ. De Teucro sub Ajacis clypeo se post emissas sagittas recipiente qui lateret, lege Homerum Il. Θ.

(12) Editi, ἀνάσχετε οὖν, ἄνδρες. C, ἀνάσχεσθέ μοι ἀνάσχεσθε, ἄνδρες. AB, ἀνίσχετέ μοι, ἄνδρες.

(13) Vertit Kimedoncius: « etiam si non barbaram terram calcavero ». Male prorsus. Græca sunt subobscura. Sententia est : « si « etiam non barbaram terram calco; quandoquidem etiam non « sum barbaram terram ingressus ».

(14) AB, εἴπω κέκτημαι. Editi et C, οὔπω κεκλήρωμαι. Verbum κληροῦσθαι sæpius habet Theophylactus : cf. p. 25, 19; Epist. 31, 46, 49, 62, 73. Habet et κεκτῆσθαι.

(15) Editi et C, γένος. AB, ἔστι λόγος. Hoc visum est magis quam illud acutum.

(16) VR, Λόκρους. ABC et Comm., λόγους. Ex prava lectione Λόκρους Hanckius Theophylactum Locrum natione esse tradidit; cui contradixit Fabricius Bibl. Gr. t. 7, p. 583, Commelinianæ scripturæ præ altera suffragatus. Fere crediderim Λόκρους Vulcanio deberi vel male legenti codicem vel male corrigenti.

Pag. 3.

(*) Lemma illud habeo ex C. In AB index lemmate caret. In editis nullus est index generalis, sed unusquisque articulus ante unumquodque caput præfixus est, Vulcanio, ni fallor, ingeniolum ac jus suum sequente, non codicem. Malui codices repræsentare.

(1) C sine ἔστιν.

(2) Editi, τὰ πτερὰ τῶν ἀετῶν ἐπιτιθέμενα. C, τὰ τῶν ἀ. πτ. ἐπιτ. AB, τὰ πτ. τῶν ἀ. ἐντιθέμενα.

(3) Comm., φθορὰν αὐτῶν ἀπεργάζεται. C, φθ. αὐτοῖς ἀπεργάζονται. AB, φθορὰν ἐμποιεῖ.

(4) Editi, πίνουσι, πρὶν ἂν ἐπιθολώσωσι. AB, ὑποθολ. C, πίνουσιν, εἰ μὴ θολώσουσι.

(5) Codices, θηρατῶν. Editi, θηρευτῶν. Est θηρατὴς sine varietate infra p. 10, 12; p. 13, 11.

(6) C, ἀποβάλλουσι τὰ κέρατα καί.

(7) Editi sine articulo.

(8) Editi, ποιεῖ. C, ἔλαιον τῇ θαλάττῃ, γαλήνην ποιεῖ.

(9) C, ἐπὶ τρισὶν ἔτεσιν ἐγκ. Editi, τριετίαν ἐγκυμ. AB, π. λόγῳ ἐγκυμ.

(10) Editi et AC, θάλασσαν. B, θάλατταν.

(11) AB, τράγιον.

(12) Lemmate hoc carent editi.

(13) Et hoc lemma non est in editis.

(14) C, εὐχερέστατον. B, τίκτει : ceteri, τίκτουσιν. Editi sine καί. C sine καὶ ὄφεις.

(15) C, π. λόγῳ χαραδριὸς τοὺς ἰκτ. ἀπ.—In ipso textu leg. χαραδριός.

Pág. 4.

(16) A, ἀμυγδάλῆ. B, ἀμυγδάλη. Editi, ἡ ἀμυγδαλῆ εὐετηρίαν καὶ τ. λ. κ. εὐφορίαν σημ. C, ἡ ἀμυγδαλὴ εὐφοροῦσα εὐφορίαν καρποῦ σημ.

(17) Editi sine ὑδάτων. C sine ἐστί. AB, δ' ἐξ.

(18) AB, καθεστήκασι. C, π. λόγῳ ἐν Σ. ἀφ. καθεστήκασι βάτρ.

Pag. 5.

(*) B sine lemmate. Comm. sine καί.

(**) A, Ἀντισθένης ἢ λαβυρίνθιος. C, Ἀντισθένης λαβυρίνθῳ. Editi nude, Ἀντισθένης, quos sequutus sum. B sine lemmate. Opinor λαβυρίνθιος et λαβυρίνθῳ, nescio tamen quo modo, huc accessisse ex loco inferiore p. 7, 5.

(1) V, πολλοῦ γε Πολύκρ. περὶ τὸ Α. οὐχ ἑώρακα χρόνου. Comm. sic, includens uncis verba π. τὸ Α. R et C, πολλοῦ γέ που Πολύκρατες οὐχ ἑ. χρ. AB, π. γε Πολ. π. τὸ Α. οὐχ ἑώρ. διατρίβοντα, sine χρόνου. Noster Hist. p. 1 : πολλοῦ γὰρ τοῦ χρόνου ἐτεθνήκεις.

(2) VR, ἆρα γε που; ἆρα μή που. Comm., ἆρα γε ποῦ, ἆρα μή που. C,

ἄρα γε ποῦ ἄρα· μή. AB, ἄρα γε ἄρα μή πω. Adeo est insolita hæc interrogandi formula, ut putaverim duarum recensionum duas lectiones male nunc coaluisse. Sic p. 22, 4, variant libri inter ἄρα et ἄρα μή. Fui, puto, timidior. Eligere debui.

(3) B, πυρίπνους.

(4) C, πορίσηται. Noster Hist. 2, c. 6, p. 39, B : εἴς τε τὰς πόλεις καὶ τὰ παρακείμενα φρούρια τὸ τετρωμένον ἐξέπεμπεν, ὅπως ἀκέσοιτο. Cf. infra p. 6, 4, 10, ubi n.

(5) Comm., ὄντι που. Idque vertit Kimedoncius.

(6) AB, πολυγένης. Prima Dialogi verba, περὶ τὸ Λύκειον, lectorem Athenis ponunt. Sed nunc, quum Athenis ad se venisse Apollogenem Polycrates significet, incertum fit quo loco sint qui loquuntur. Aliud agebat auctor, nec cogitate scripsit, ni librarius Ἀθήνηθεν alii adverbio male substituerit.

(7) VR, πρὸς ἡμᾶς. AB, ὡς ἡμ. C, γενόμενος χθές που ὡς ἡμᾶς. Videtur πρὸς Vulcanio deberi, qui de bonitate adverbii ὡς dubitaret. Sed nunc nemo dubitaturum esse puto quin ὡς cum nomine personæ bene græcum sit. Cum nominibus aliis alia res est. Dionysius Hal. De script. cens. 1 : εἰκόνας πλάσας, οἶμαι, εὐπρεπεῖς, ὡς αὐτὰς βλέπειν εἴθισε τὴν γυναῖκα. Melius omnino εἰς αὐτὰς præbet codex 1741. In Dosithei Hadrianeis Sententiis § 9, ubi διὰ τί οὐ πρότερον ἤκουσας τὸν ἔπαρχον; nuper pro pessimo ἤκουσας pessimum Goldasti inventum ἠλεύσω commendatum fuit; olim proposueram in Anecd. t. 1, p. 457, nec male, ἧκες εἰς τὸν ἔπ. : nunc propono melius, ἧκες ὡς τὸν ἔπ. Permutari ως et ας ostendet n. 5 ad Epist. 17.

(8) C, σωσιστράτου. Nomen Σωσιπάτρου et alibi fuit varietati scribendi obnoxium. Vide n. ad lemma Epist. 10.

(9) De Leocorio vide n. 1, ad Epist. 12.

(10) C, ἀπήγγελλεν.

(11) AB, θαλαττεύοντες. V, ἐνθαλαττεύσαντα. R, ἐνθαλασσεύσαντα. Comm., ἐνθαλασσεύσαντες.

(12) V, χρύσειον κέρας. R, χρ. κώρας. C, χρ: κώας. Comm., χρ. κῶας. AB, χρυσίου κώοις.

Pag. 6.

(1) Editi, λαβών. Probe quidem. Plato Critone 14 : οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως ἔλαβεν. Sed placuit ut vividius βαλὼν codicum. Virgilius : « ingenti *percussus* amore ; magno laudum *percussus* amore » ; quæ est optima scriptura. Aristophanes R. 53 : πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε. Præterea sæpe fit permutatio verborum λαβεῖν et βάλλειν. Vide Walz. ad Arsen. p. 263 ; mea ad Nicet. p. 162 ; et c. Libanius t. 4, p. 10 : πρᾶγμα πάντων ἀνοσιώτατον εἰς νοῦν λαβὼν, εἰσῆλθες μὲν ὡς ξένος, ἀπῆλθες δὲ ὡς δυσμενής. Scribam saltem λαβὼν, sed melius βαλὼν e codice 963. Idem p. 384 : τετύχηκα γὰρ, τῶν θεῶν συμβαλλόντων, ὑπὲρ ἅπαντα τοξότην · imo, ni fallor, τῶν θεῶν συλλαβόντων, « diis juvantibus ». Theophylactus Simoc. Hist. 3, c. 1, p. 62, C : τὸν μέλλοντα τὰς στρατηγίδας περὶ βαλέσθαι ἡνίας. Quum non sibi dux circumdet habenas, sed eas sibi sumat in manus, opinor scripsisse scriptorem ipsum παραλαβέσθαι. Supra p. 165, forsan legendum τὰς ἡνίας τοῦ πρέποντος ἐπιλαβοῦσα, pro ἐπιβάλλουσα. De versu Eumenidum 157 μεσολαβεῖ κέντρῳ, quem frustra tentavisse videtur Wakefield., corrigens μεσοβαλεῖ κ., monebo eo carere codicem 2886. Cf. et mox ad p. 16, n. 6.

(2) Editi, ἐνοίστρησέ πως ἄμφω. C, ἀνοίστρησέ π. ἄ. AB, ἐνοίστρησεν ἄμφω.

(3) VR, κατάληξιν. VAB, ἐξεβάκχευσεν. Comm., RC, ἐνεβάκχ.

(4) V, ἡ. A, ἦ. B, ἦ. Ceteri, εἰ. Confusio vocalium η et ει id varietatis peperit. Aristophanes N. 223 : Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ ... Sic auctor cum aposiopesi. Inter alia aliorum supplementum fuit et id meum : Εἴπερ εἰσί γε. Quod nimis esse festinatum objecit doctiss. Nubium editor Sinner., quum esse deos nondum dedidicisset Strepsiades. Sed non valde pius fuit deorum cultor facetior senex, qui jura æquitatemque contemnebat, et a Socrate edoceri cupiebat qua posset arte creditores eludere. Est etiam v. 248 ambiguitatis aliquid, quod meam conjecturam paululum confirmat. Βούλει, Socrates ait, τὰ θεῖα πράγματ' εἰδέναι σαφῶς Ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς. Respondet Strepsiades, νὴ Δί', εἴπερ ἔστι γε. Potest qui-

dem verti et forsan debet, « si quidem licet ». Sed est omnino ambiguitas; nam Strepsiadeum ἔστι Socratico ἐστὶν respondet, et existentiæ sensum quod hoc habet illud habere videtur. Præterea id animadvertendum mihi est, non posse hic aposiopesim fieri si non sententia subsit, quæ reticeri debeat. Sed ut ad eam redeam permutationem vocalium η et ει, quam initio notæ memoravi, forsan, pro εἴπερ ... rescribendum ἤπερ ... plenaque fuerit sententia, ἤπερ, καὶ ὥσπερ, Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ ἄλλοι τοῦ αὐτοῦ κόμματος.

(5) Editi sine ἄρα, quod accessit ex AB. C, ἐννέα εἴπερ ἄρα σταδίων αὐτὴν χιλ. περ. ὁ. In stadiorum numero quibus Mæotidis ambitus circumscribitur consentit cum Strabone, cujus hæc sunt verba l. 7, p. 31 : ὁ δὲ σύμπας τῆς λίμνης κύκλος ἐννεακισχιλίων ἱστορεῖται σταδίων. Anonymus Periplo Ponti Euxini extr. : ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδιοι ,θ, μίλια ,ασ' · ubi vide Gail. Geogr. Minn. t. 3, p. 278. Consentit Anonymus quidam, quem reperi in codice 1630, p. 195, 2 : ὁ δὲ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης, εἰς ἣν τρέχει ὁ Τάναϊς ποταμὸς στάδια ,θ, μίλια ,ασ'. Sed brevissimum, olim longius quum esset integrum, Anonymi illius opusculum apponam totum, quod conferent antiquæ geographiæ studiosi lectores cum Anonymi modo laudati Periplo § 24, et Anonymo alio, quem, post Osannum, edidit Gailius : Τάξις τῆς περιηγήσεως ἢ περιορισμῶν περὶ ὠκεανοῦ, περὶ Εὐρώπης, περὶ κόλπων, περὶ νήσων, περὶ Λιβύης, περὶ Ἀσίας. — Ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ λεγομένου πενταστομίου τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Γρίου (sic) ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου στάδια ,γχμ, γινόμενα μίλια υπε' ∟.

Ἀπὸ δὲ βοσπόρου τοῦ ποταμοῦ τοῦ Δανώπρεως καλουμένου ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,εχ', μίλια ψμς' ∟.

Ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,ημκ', μίλια ,αρπς' ∟.

Ἀπὸ δὲ τῆς Πορθμίας κώμης τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης τοῦ ποντικοῦ μέρους τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἤτοι Βοοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ᾱρ, μίλια ,αυπ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως πόλεως Ἀμινσοῦ, στάδια ,δχξ', μίλια χκα'.

Ἀπὸ δὲ Ἀμινσοῦ ἕως τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ, στάδια ,γωβ', μίλια φξ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης, στάδια ,δνϐ', μίλια φνγ' ∟.

Γίνεται δὲ ὁμοῦ ὁ πᾶς περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε δεξιῶν τῆς

Ἀσίας μερῶν τοῦ Πόντου, τῶν τε εὐωνύμων μερῶν τῆς Εὐρώπης, ἕως τοῦ ἱεροῦ, σταδίων μυριάδες γφπα', μίλια ͵γρμε'.

Ὁ δὲ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης εἰς ἣν τρέχει ὁ Τάναϊς ποταμὸς, στάδια θ, μίλια ͵ασ.

Ἔστι δὲ τὸ στάδιον ὁποῖον ἐστὶ τὸ ἱπποδρόμιον· τοιαῦτα δὲ ἑπτὰ ποιοῦσι μίλιον ἕν.

Ὅτι κε' μυριάδων σταδίων ἐστὶν ἡ περιήγησις τῆς γῆς, ὡς Ἐρατοσθένει δοκεῖ.

(6) C, ἀξιοπιστίας. Noster Hist. 2, c. 10, p. 44, B : τὰ Καρδούχια ὄρη Ἰνδοὺς προκύπτοντα, ὡς γεωγράφοι κηρύττουσιν, ἀξιοπιστίαν ἡμῖν προβαλλόμενοι τὴν κατάληψιν. Ibi reponendum etiam videtur ἀξιόπιστον. Esset ἀξιοπιστίαν ab adjectivo ἀξιοπίστιος, cui fidem vix facit Πίστιος Jupiter.

(7) AB, ἀντιολογίας. An αἰτιολογίας?

(8) V, φασὶν τ. Κ. περὶ τὸν βόσφορον αὐτοῖν ξ. Sic R cum αὐτοῖς. Comm., φασὶ ... περὶ ... αὐτοῖς. Codd., φασὶ ... ἐπὶ ... αὐτοῖς. Cf. p. 179, n. 1 extr.

(9) VR sine præpositione. Comm., [περὶ] τὸ ἄστυ. C, περὶ τὸ ἄ. AB, ἀνὰ τὸ ἄ. Noster Hist. 1, c. 2, p. 11, C : πολὺς ἀνὰ τὸ ἄστυ ἐπεκύμαινε θρῆνος.

(10) A, λέξει. B, λέξη. Editi et C, λέξοι. Modo eadem syntaxi, ὅπως θεάσοιντο. Cf. p. 171, n. 4.

(11) C sic. Editi, κρατήσειεν sine δόξης. A, δόγματος, ἄλλου δόξης κρατήσειεν. B, δόγματος ἀλλ' οὐ δόξης κρατήσειεν.

(12) AC, πυθαγορίοις. Sic permutantur sæpius vocales ι et ει. Ducas Hist. p. 19, D : Σουλειμὰν ... σὺν στρατείᾳ πλείστῃ ἐλεηλάτει Χεῤῥόνησον. Codex, Σουλεημὰν ... σὺν στρατειᾷ. Reponendum, quo et ducit tonus, στρατιᾷ. Idem p. 31, C : σὺν πάσῃ τῇ στρατείᾳ πρὸς τὰ ἀνωτέρω μέρη τῆς Ἀρμενίας ἐστράτευσεν. Et hic codex στρατειᾷ, et hic scribendum στρατιᾷ. Melius rem gessit Bullialdus p. 33, C, qui, reperto στρατειᾷ, στρατειὰν, edidit στρατιᾷ, στρατιάν.

(13) VR, καὶ ἀκαδημαϊκοῖς λόγος. Comm., [καὶ] ἀκαδημαϊκοῖς λόγος. C,

ἀκαδημιακοῖς λόγοις, ἐπικ. A, ἀκαδημαϊκὸς λόγος ἐπικουρίαν. B, ἀκαδημιακὸς λόγος ἐπικουρίαν.

(14) V, ἐπὶ θεωρία. C, ἐπτέρωμαι. Hanc varietatem jam indicavi ad Eunap. p. 144.

(15) Cf. similia Epist. 24.

(16) C, γλῶσσαι. AB sine καὶ λόγοι.

(17) VR, ἀδάμαντος γὰρ τινός.

(18) B, ὄργανα. Noster Hist. p. 3, A : τά τε περὶ τῆς σφῶν αὐτῶν δημιουργίας ἀνελίττουσιν ὄργια. Idem ibid. 2, c. 7, p. 40, 3 : ἄγγελος ἀψευδὴς, τὰ τῶν λαγόνων τῆς γῆς διηγούμενος ὄργια.

Pag. 7.

(1) Noster Hist. 1, c. 11, p. 22, 1 : θεραπεύειν τοῦ παμφάγου πυρὸς οὐχ οἷόν τε ἦν τὸν θυμόν. Cf. et Epist. 11.

(2) VR, ὦ φίλος, Comm., [ὦ] φ. Codices sine ὦ. VR, τὸν φιλ. Comm., τὸν [τῶν] φ. Codices, τὸν τῶν φιλ.

(3) AB, ἐνθουσιῶν προλέγειν παρεσκ.

(4) V, ἐν σκυθικῷ λαβυρίνθῳ τινὶ τῷ δυσ. τ. θ. ἀποκλείσας ἀπῴχετο. Comm. et Riv. sic; sed in fine hic ᾧ ᾤχετο, ille ᾤχετο. C, ἐν μυθικῷ λαβ. τινὶ τῷ δυσεμβάτῳ τῆς θ. ἐναποκλείσας ᾤχετο. A, ἐν μυχῷ λαβυρίνθῳ ἤγουν ἄντρῳ τινὶ τῷ δυσεμβ. τ. θ. ἀποκλ. ἀπῴχετο. B, ἐν βυθῷ λαβυρίνθῳ ἤγ. ἄ. τ. θ. δυσεμβ. τ. θ. ἀποκλ. ἀπῴχ. Noster initio Dialogi ante Historiam : ἄγε δή μοι τὸ διαπόρημα τοῦτο γλιχομένῃ μαθεῖν διάλυσαι, οἷα μίτῳ τινὶ τῇ σαφηνείᾳ οὐ μυθικὸν περαιουμένῃ (imo περαιουμένῃ) λαβύρινθον· δυσέμβατα γάρ μοι καὶ δυσάγωγα τὰ τῆς θεωρίας προπύλαια. Ibi δυσέμβατα non favet varianti δυσεμβάτῳ, quum sit utriusque loci non sine dissimilitudine parilitas.

(5) AB, ὁρῶ σοι τῆς φύσεως. Editi et C, ἐρῶ σοι τὶ φύσεως.

(6) Editi, καὶ λόγων.

(7) Editi et C sic. AB, μὴ δὲ γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι τὸ καλὸν, τ. κ. πειθ. Ad Eunap. p. 374, contuli quæ Noster habet similia initio Dialogi Historiis præfixi : μηδὲν γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν, ὡς ἔμοιγε καὶ τῷ Κυρηναίῳ δοκεῖ. De Cyrenæo ambigebam tunc, utrum sit Callimachus, an Aristippus. Pontanus, non Fabrottus quem incogitate ad Eunapium nominavi, in notis ad Theophylacti Historias, Aristippum esse putabat; Kimedoncius vero ad hunc locum : « videtur « esse hemistichium Callimachi Cyrenæi : Μηδὲν ἄγνωστον ἔχοιμι φίλῳ « καλόν ». Et ego non ambigebam amplius, quum, Anecd. t. 5, p. 139, ad verba Notaræ, φάσκοντος γὰρ τοῦ σοφοῦ, φίλῳ μηδὲν ἄγνωστον, Callimachum diserte intelligendum esse monerem. Etenim periphrasi ὁ Κυρηναῖος Callimachus sæpe significatur.

(8) C, οὐκοῦν δῆτα ἄγε. Cf. p. 6, 17, et not. 7, ad p. 1.

(9) Nec Kimedoncius, quem quære sis, nec Morellus videntur bene hæc vertisse. Hujus hæc est versio : « sus donc que ce propos « s'avance, qui faict que nos desirs et volontés se communiquent « les uns aux autres ». Vertendum puto : « dux sit ratio, qua so- « lemus inter nos communicare consilia ». Est ratio, λόγος, ea disquisitionis diligentia, qua rerum causas observator rimatur. — A, εἰώθημεν, quod ducit statim ad εἰώθειμεν, ea, quam modo tractabam, permutatione vocalium η et ει. Ducas Hist. p. 20, B : εἰς παντελῆ ἀφανισμὸν καθείστηκε τὰ πράγματα. Codex, καθιστήκη, quod fiet καθειστήκει, mutatis mutandis. Nam in καθιστήκη est et ι male scriptum pro ει. Sic p. 35, C, pro ἱστήκει Bullialdi, est εἱστήκει in codice. Vix monendum est nuperum Ducæ editorem, Bekkerum, scripsisse sine codicis ope probum tempus εἱστήκει.

(10) VRC sine articulo. Eidem illi Ducæ, qui nondum eam curam nactus est qua dignus est, restituam articulum omnino necessarium p. 21, D : ἐζήτει παρὰ τοῦ βασιλέως λόγον ἐξελθεῖν τῆς πόλεως· imo, λόγον τοῦ ἐξ., ut est in codice. Illa syntaxis articuli τοῦ fuit a me illustrata ad Anecd. t. 5, pp. 69, 78, et in Add. Ducas iterum p. 51, C : μηνύει τῷ Μαχουμὲτ ... τὸ ἐλθεῖν εἰς τὸ Σκουτάριον· imo τοῦ ἐλθεῖν, ut est recte in codice. Eadem pagina : ἐν ταῖς ἡμέραις ὑστάτου βασιλέως· imo τοῦ ὑστ., ut codex.

(11) AB sine καί. Rursus Ducæ prodero, qui amisit utilem copulam, p. 32, D: δι' ἐμὲ τοῦτο πεποίηκα· εἰ μὲν βούλει τοῦ εἶναί σε ἡμέτερον φίλον, μετάστηθι τῶν ἐκεῖ. Codex, καὶ εἰ μέν.

(12) Cf. ad Epist. 11, not. 1.

(13) AB, προσδέχεσθαι. Editi et C, εἰσδέχ.

(14) In C, eraso quod scriptum prius fuit vocabulo, repositum est ad marginem, ἀσύνικτα. Num scribere voluit librarius, ἀσύμμικτα? Sequens copula abest ab AB.

(15) Comm., διεστότων. AB sine σχέσις.

(16) Editi, ἀσ. οὖν ἀδάμας. C, ἀσ. δὲ ἀδ. AB sine conjunctione.

Pag. 8.

(1) AB, σίδ. οὖν.

(2) VR, ἄτηκτον. C, τὸ τηκτόν. Comm., [τὸ] τηκτόν. AB sine τό.

(3) VR et codd., ἀνάγκη μετέχειν. Comm., ἀνάγκη μετέχων, quod mutare volebat Kimedoncius in ἀνάγκῃ μετέχον.

(4) C, εὖγε σου λίαν.

(5) AB, ἐφορίας. An ἐφορείας?

(6) A, ἐποίκιλλας. Sic p. 9, 20, AB, διεποίκιλλεν. Conferam Platonis verba Gorg. § 138: ταῦτα ἡμῖν ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις οὕτω φανέντα ὡς ἐγὼ λέγω κατέχεται καὶ δέδεται, καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι, σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις. In quibus non putem ἀγροικότερον respicere metaphoram σιδηρῶν καὶ ἀδαμαντίνων λόγων, sed potius eam quæ est in δέδεται.

(7) Editi, ναὶ μὰ τὸν ἀδάμαντα. Codices sine ἀδάμαντα. Videtur ἀδάμαντα additum ab iis qui formam jurisjurandi ellipticam ναὶ μὰ τὸν non recordabantur, vel credebant verba καὶ εἴ τι ἀδάμαντος

13

ὑψηλότερον ad jusjurandum pertinere, quod nomen ἀδάμαντα continuerit. Sed est syntaxis alia, scilicet, ἀδαμαντίνοις ῥήμασι καὶ εἴ τι ἀδάμαντος ὑψηλότερον : inter quæ ναὶ μὰ τὸν interponitur. Noster, Hist. 2, p. 42, D, usus est elliptica formula ναὶ μὰ τόν. Agathias Epigr. 88 : οἶσθα τίς εἰμι; Οὐ μὰ τόν. Ibi Jacobs. Plato Gorg. 49 : μὰ τὸν, οὐ σύ γε. Ibi Heind. Pro ὑψηλότερον lectione codicum est in editis ἀσφαλέστερον. Supra p. 7, 2, ἀδάμαντα πυρὸς ὑψηλότερον dixit. Nec omittendus ob colorem ac formam orationis non absimilis locus Ranarum 69 : πότερον εἰς ᾅδου κάτω; Καὶ, νὴ Δί', εἴ τί γ' ἔστιν ἔτι κατωτέρω.

(8) Codices ἰσχυροτέρα ... ἡ ἀλήθεια. Editi, ἰσχυρότερον ... ἡ ἀλ. Quod, etsi per se optimum, nunc sperno præ codicum lectione, quoniam, præcedente ὑψηλότερον, eadem statim desinentia ad aures insuavior fere accidit.

(9) Codices sine καί. Levis copula sæpe perit. Lucianus D. Mer. 7 : οὐ καλὸς ἦν καὶ ἀστεῖος, ἡλικιώτης Χαιρέου ; Codex 2956, καὶ ἡλικ. Quod varietatis adhuc in editionibus ignoratur.

(10) Verba ἐκόμα ... φρόνημα, quibus editi carent, accesserunt ex C. A, ἐκόμπα γὰρ αὐτὸς λίαν κἀπὶ τούτῳ τὸ φρόνημα. Et B sic, sed cum αὐτῷ melius quam αὐτός.

(11) Antisthenis responso caret C. A et Commel., ὅτι, quod distinguendum per ὅ,τι monebat Kimedoncius. VRB, ὅ,τι

(12) Editi, τύραννος ὁ ἀετὸς εἶναι βουλόμενος, καὶ τῆς ... βασιλικῆς ἐπιβαίνειν δυναστείας πειράμενος. C, τύραννος εἶναι βουλ. τῶν ἄλλων πτηνῶν ὁ ἀετὸς καὶ τῆς ... ἧττον ἐπιβαίνειν βασιλικῆς δυναστείας πειρώμενος. A, συμπλ. τοῖς τ. ἄ. πτηνῶν ὁ ἀετὸς καὶ τ. κ. γυμνούμενα οὐδὲν ... πειρώμενος. B, συμπλ. τ. ἄ. πτηνῶν πτεροῖς καὶ τῆς κ. γυμνούμενα οὐδὲν ἧ. β. ἐπιβαίνει δυν. πειρώμενος.

(13) C sine μοι. Bullialdus librarius indiligens Ducam simili pronomine privavit p. 17, D : τί καταφρονεῖτε; Codex, τί με κατ. Rursus p. 18, 2 : εἰ δ' οὖν τὸ πᾶν ἐκδικήσω; Codex recte : εἰ δ' οὖν, ἐγὼ τὸ πᾶν ἐκδικήσω. Bekkerus non potuit sine codice ἐγὼ restituere; sed interrogationem delevit in textu, neglecta tamen plane Bullialdi

versione, quæ, plerumque probabilissima, hocce loco a sensu græcæ orationis recessit.

(14) VR, ὦ τ. C, ὁ τοῦ. Comm., ὢ τοῦ. AB sine ω.

(15) Codices sine ὁ. Morel. : « que ce docteur estoit suffisant « pour quelque science mystique! »

(16) Comm., αὐτάρ. VRC, ἀτάρ. AB, ἀτὰρ γ. λέξω δή σοι.

Pag. 9.

(1) Editi, σειρηναίας ἀκούσεις φωνῆς. A, σιρηναίας ἀκούση φωνάς. B, ἠρηναίας ἀκούσῃ φωνάς. C, σειρηνείου ἀκούσῃ φωνῆς. In Epist. 82 est σειρηναίων ἡδονῶν sine varietate. Prætuli lectionem codicis C. Josephus De Maccab. 15, p. 516 : οὐχ οὕτω σειρήνειοι μελῳδίαι οὐδὲ κύκνειοι πρὸς φιληκοΐαν φωναὶ τοὺς ἀκούοντας ἐφέλκονται· qui forsan locus Theophylacto obversabatur. Pro verbis οἷά τις Ἰθακήσιος utique sanissimis proposuit, in Actis Soc. Traj. t. 1, p. 205, Bernardus, οἷα Οὖτις ὁ Ἰθακήσιος. Se ipse vindicabit auctor qui dixit pariter Dialogo ante Historiam extremo : ἐγὼ δέ σοι ἐπιστήσω τὸν νοῦν, οἷά τις Ἰθακήσιος, μὴ διαβύσασα τὰ ὦτα καὶ σειρηναίων ἀφηγημάτων ἀκούσομαι. Et ita mox οἷα Φινέως τινὸς, ac p. 21, 20, οἷά τις Θεανώ. Sic et Epist. 55, οἷά τις Ὀδυσσεύς. Anacreon : Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ, Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι. Agathias Epigr. 11 : οἷά τέ τις φώρ. In proximis VR Comm. et C, ἐπ' αὐτάς που τὰς ὑπερκυκνείους μελ. γεν. habent; AB, παρ' αὐτ. π. τ. ὑπερκυκνείας μ. γ. Conferenda Epistolæ 82 verba : Ὀδυσσεία μόνον τῶν ὑπερκυκνείων μελῶν ἀκούοντα τερατεύεται. Sic Comm., quum sit ὑπερκυκνίων in Ald. VG et Orelliana. In loco Josephi modo laudati pro κύκνειον est κύκνιον in codice 3010. Noster Epist. 44 habet ὑπερκύκνους μελῳδίας. Præpositionis ἐπὶ usum satis insolentem vindicabit similis locus p. 6, 8. Cf. p. 10, 14; 12, 6; 22, 20.

(2) Editi sine articulo. C, πτηνῶν.

(3) C, τι. AB, ποι, permutatione facillima literarum π et τ. Ephræmius Chron. 7616 : σπαθεὶς ἐπὶ πόδας. Leg. σταθεὶς, quo ducit et latina versio, « pedibus insistens ».

(4) Editi sic. Non bene Kimedoncius vertit. Vertam : « nec hesternam attigerit prædam ». C, οὐδ' εἰ χθ. ὦ φ. θ. ἀτυχήσειεν. AB, οὐδὲ χθιζινῆς, ὦ φ. θ. τύχοιεν. Ad rem Tzetzes Chil. 5, 426 : καὶ περὶ ἀετῶν μεν (sic scribo μεν enclitice, non μὲν, ob metrum) Αἰτίαν ταύτην λέγουσιν, ὀζώδη τοῦτον εἶναι, Καὶ οὕπερ ἀπογεύσαιτο, τὸ λεῖψαν ὄζειν μέγα, Ὅθεν μηδ' ἀπολείμματος γεύεσθαι σφῶν βρωμάτων. Delebo τὸ quod ex ultima syllaba verbi ἀπογεύσαιτο natum videtur, ac scribam λείψανον.

(5) AB, αὐθημερινόν.

(6) C, φηνέως. Æschylus Eum. 49, de Gorgonibus, quas, si locus est integer, poeta cum Harpyis confudit : Εἶδόν ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας Δεῖπνον φερούσας.

(7) Comm., φθαρτικὰ πῶς. Ceterum de illa plumarum aquilinarum contagione vide Ælianum H. A. 9, 2, et quos laudant interpretes.

(8) V, καὶ οὐδ' αὖ σωθείη ἑτεράττα κόμαις... R Comm., κ. οὐδ' ἂν σ. ἑτεράττα κ. C, καὶ οὐκ ἂν σ. ἑτέρων ἅττα κ. A, καὶ οὐκ ἂν σ. ἑτέρω, ἅττα κ. ἀ. τὰ πτερὰ ... B, καὶ οὐκ ἂν σ. ἑτέρων κόμαις ἀ. τὰ πτ. Kimedoncius proponit, ἕτερα τὰ κόμαις ἀετῶν πτερὰ πλ., vel certe, ait, ἕτερ' ἅττα. Editorum lectio ἑτεράττα fuit ad codicis fidem a Commelino exhibita. Nam ita plerumque librarii scribebant, non ἕτερ' ἅττα. Non semel ea de re monere memini.

(9) Editi et B, λ. νουν. ὦ φίλος. A, λ. νουνεχόντων ὦ φίλος. C, νουνεχῶς ὦ φιλότης. Hoc recepi variandæ orationis causa. Et est φιλότης sic pro φίλος vel φίλε, p. 22, 23. Id nomen tractavi ad Anecd. t. 4, p. 355. Adde Ast. ad Phædr. p. 225. Salvianus Epist. 9 : « o mi Saloni, « caritas mea ».

(10) Propertius : « Qualis Apelleis est color in tabulis. » Epist. 6 : τοὺς ἀψευδεῖς Παῤῥασίου πίνακας. — Editi et C, τοῦ Ἀπελλοῦ. AB, τοὺς Ἀπ. Forsan τοὺς τοῦ Ἀπ. Callistratus in Memnone : ἐκεῖνο τὸ δημιούργημα καὶ τῇ Ἡμέρᾳ τὰς ἀνίας ἐκοίμιζε καὶ οὐκ εἴα μαστεύειν τὸν παῖδα, ὡς ἂν ἀντιθείσης αὐτῷ τῶν Αἰθιόπων τέχνης τὸν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀφανισθέντα Μέμνονα. Codex 1038, τῆς Αἰθ. τέχνης, melius; et etiam poterit duplex rescribi articulus, τῆς τῶν Αἰθ. Sed hæreo in ἀντιθείσης αὐτῷ :

an αὐτῇ? Auroræ matri videlicet; vel potius ἐντιθείσης αὐτῷ, nimirum τῷ δημιουργήματι, statuæ isti vocali.

(11) Fere videntur verba τεθαύμ... κόσμιον danda esse Antistheni respondenti. Bernardus ad Synes. p. 121 nomen ἄνερ mutat in ἄτερ, quod vellem vertisset.

(12) Activo imperativo θέα utetur et infra bis p. 19, ubi nulla est varietas. Joannes Chrys. in Job. p. 183 : σὺ δέ μοι θέα. Vide not. ad Philostr. Her. p. 421. AB, ζῶον τουτί. Noster Hist. 1, c. 3, p. 13, A : ὁπηνίκα δ' εἶδεν τὸ Ἰνδικὸν ζῶον ὁ Χαγανὸς ἐλέφαντα.

(13) Etsi de elephanto ab Apelle depicto nulla videatur esse alibi mentio, ac minima sit in re ejusmodi Theophylacti auctoritas, hoc tamen loco, diligentiæ saltem causa, uti debebat Junius. — Verbo διαποικίλλω usus est et Epist. 6.

(14) C, λόγος ἐστίν ... τῇ προνομ. τὸ ὕδωρ. Ælianus N. A. 4, 31 : πίνει δὲ ὕδωρ οὐ δειδὲς οὐδὲ καθαρὸν, ἀλλ' ὅταν ὑποθολώσῃ τε καὶ ὑποταράξῃ. Ibi Jacobs.

(15) Editi, τὴν αὐτοῦ. AB, τὴν ἑαυτοῦ σκιάν. C tantum σκιάν. Mox C, ἰνδικούς.

Pag. 10.

(1) Editi et AB, διαπορθμεύωσι. C, διαπορθμεύουσι δι' ὑδάτων τουτὶ τὸ ζ. Constructum ὁπηνίκα cum indicativo vide p. 15, 1.

(2) Editi, παιδεύεται. ABC, παιδευέτω. Infra p. 27, 1 : τὴν Ξέρξου παιδευέτω σοβαρότητα μυῖα. Præterea est in AB, νάρκισσον βοτάνην παιδευέτω. Glossema, idque pessimum, βοτάνην, textum est ingressum. Mox est in iisdem libris, parili mendo, τῷ δικτύῳ κύρτῳ ἁλῷ, quum sit δικτύῳ glossema. Id sæpe fit. Synesius De regno p. 23 : τῶν τε ἀκολούθων οἱ τοὺς χθαμαλοὺς σκιμποδίσκους ὀκλαδίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνατιθέμενοι. Codices 1038, 3035, τοὺς ὀκλαδίας. In illo ad marginem scriptum est, χθαμ. σκιμπ., in hoc glossema τὰ θρόνια. Inde crediderim non male editorem esse facturum, qui Synesio τοὺς ὀκλαδίας tantum reliquerit.

(3) AB, καὶ ἄγαμαι. Sic fuit καὶ male additum in Ducæ textu a Bullialdo p. 29, 4 : Μανουὴλ καὶ σύννους ὢν καὶ παιδείας μεστός· codex, Μανουὴλ συνν... Sic p. 4, 3 : ἐβασίλευσε δὲ καὶ Μανουὴλ ἔτη κδ'· codex sine καί.

(4) ABC, ἀλλά γε δή. Cf. n. 8, ad p. 22.

(5) AB, ὡς pro καί. C, γλῶσσα.

(6) Editi, θαλαττουργούς.

(7) VR, τὼ χεῖρε πάσχειν εὐθὺς τοῖς κάλοις ἀφελκομένη τὸν κύρτον. Comm., τ. χ. πάσχων εὐθὺς τοῖς κάλοις * ἀφελκομένη, τὸν κ. C, τὼ χ. πάσχειν εὐθὺς τοῖς — Reliqua desunt, avulso integro folio. AB, τ. χ. πάσχειν εὐθὺς, τοῖς κάλως ἐφελκομένοις τὴν κ. In A non præstiterim esse ἐφελκομένοις, adeo compendium finale est male formatum. Kimedoncius proposuit, τὼ χ. πάσχειν, εἰ μὴ τοῖς κάλοις ἀφελκόμενοι τὸν κ., vel etiam εἰ μὴ εὐθὺς τοῖς κάλοις. Bernardus autem ad Hypat. p. 157 legit : τὼ χ. πάσχειν εὐθὺς τοῖς κάλοις ἐφελκομένους τὸν κ. Locum, quem jam olim tetigeram ad Anecd. t. 2, p. 259, probabiliter scripsi. Ælianus N. A. 9, 14, de torpedine : σοφῶν δὲ ἀνδρῶν ἐπυθόμην ἔτι καὶ τοῦ δικτύου, ἐν ᾧ θηρᾶται καὶ ἔτι ἐστὶν, εἴ τις προσάψαιτο, ναρκᾷ πάντως. Ibi Jacobs.

(8) Editi, πῶς δῆτα, ὦ τᾶν, διά. AB, πῶς δῆτα οὕτως (B, οὕτω) διά. Videtur οὕτως natum ex explicatione vocativi τᾶν. Scholiastes Platonis p. 6 : ὦ τάν· ὦ οὗτος. De qua formula vide Scholia in Demosth. Ol. 3, p. 138 edit. Mount.; Bæhr. in Creuz. Melet. part. 3, p. 66.

(9) Comm. sine τῆς. VR, ἔπεσχε. Comm., ἐπέχε. AB, ἔπεχε. Quæ sequitur ac præcessit metaphora, ἐπὶ τὴν θάλατταν τῶν θαυμάτων, πέλαγος θεωρίας, facile est obvia. Cf. et p. 15, 2, ἐκ τῶν βυθῶν τῶν θαυμάτων. De illa vide Both. et Heller. ad OEd. Col. 659; Markl. ad Suppl. 834; Giacom. ad Prom. 745; Bergl. ad Arist. Plut. 270; Toup. Emend. t. 2, p. 90; Boyd. in Valpyi Ephem. Class. t. 8, p. 349; Koch. Observ. in Tim. p. 12; mea in Anecd. t. 3, p. 12, ad Theodori verba τὴν τῶν ἀγαθῶν θάλατταν. Montesq. Epistolis Persicis 108 : « une matière noyée au milieu d'*une mer de paroles* »; ut

Plato Protag. § 70 : φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων. Chaulieus : « Dans « *une mer d'erreurs* plongé dès mon enfance ».

(10) Ab ἔρωτα ad ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ fit saltus in codicibus qui mihi supersunt AB, propter homœoteleuton in vocabulo ἔρωτα ad utriusque sententiæ calcem.

(11) Editi, ἐφάνη. Codices, ἔφυ. Et est ἔφυ in Veneto apud Morellium Bibl. Manuscr. p. 133.

Pag. 11.

(1) AB sine τε. Ducas Hist. p. 118, B : τὸν τυχόντα, εἰ ἄνθρωπον, εἴτε ζῶον. Rescribe εἴτε ἄνθρ. e codice. Callistratus in Narcisso : κρήνη πάγκαλος ἐκ μάλα καθαροῦ καὶ διαυγοῦς ὕδατος. Codex 1038, καθαροῦ τε καί. Alciphro 3, 45 : ἀκούω γὰρ καὶ τὸν καταπύγωνα καὶ θηλυδρίαν περικατεάξαι σοι τὴν φιάλην, ὡς τὰ θραύσματα λωβήσασθαί σοι τὴν ῥῖνα καὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα. Codex 2720, τήν τε ῥῖνα καί. Sed ibi sunt et alia notanda. Codicis scriptura hæc est, si bene notavi : ἀκούω γὰρ τὸν κατ. κ. θηλ. περ. σου τὴν κεφαλὴν, ὡς τὰ θραύσματα λοήσασθαί σου τήν τε ῥ... Unde sumserim, ὡς τὰ θραύσματ' ἀλοήσασθαί σου τήν τε ῥ.

(2) Editi, ἐνέργεια. AB et Venet., συνέργεια. AB, δι' ἐκεῖνον.

(3) A, χωρεῖον. Editi, συμβαίη. AB, συμβαῖεν. De περίγειον cf. ad Epist. 10, n. 13.

(4) Verba ἐπίσταται, οἶδε, in sensu τοῦ φιλεῖ καὶ εἴωθε abunde illustravi ad Nicetam p. 229, ad Aristænet. pp. 400, 475. Paulus Silent. in Therm. 40 : Οἶδεν φέρειν ταῦτα · ibi schol. εἴωθε. Adde Jacobs. ad Anal. t. 7, p. 264 ; Heyler. ad Julian. p. 365.

(5) Editi, αὐτῷ. AB, αὐτῇ. In desinentiis id genus sæpe peccatur. Ducas Hist. p. 38 : ἀπέδρα καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ · imo ὑπ' αὐτὸν, quod codex exhibet.

(6) Editi sine καὶ, quod est in AB, addendumque monuerat Jacobs. ad Achill. Tat. p. 480. Eadem conjunctione carere videtur Dositheus Fab. 3 : οὕτως οἷς εἰς τιμὴν δοθεῖσιν ἔχαιρον, ὑπ' αὐτῶν ἔπαθον.

Sic textum concinnavit vir doct. Repererat in codice : ουτως εις τιμην τοις δοθισιν εχαιρον αϋπαυτων επατον. Scribere poterat minus operose : οὕτως εἰς τιμὴν τοῖς δοθεῖσιν ἔχαιρον καὶ ὑπ' αὐτῶν ἔπαθον.

(3) Verbis ἐπ' ἐλαχίστῳ carent VR. Sunt in Commeliniana, sed uncis inclusa. Sunt in codicibus. Mox editi ante δεῦρο male repetunt Polycratis personam.

(4) Editi, ἀμυγδαλῆν. C, ἀμυγδαλήν. AB, ἀμυγδάλην. Et sic infra. Lexicon Differentiarum in cod. 2552 : ἀμυγδαλῆ, περισπωμένως, τὸ δένδρον· ἀμυγδάλη, παροξυτόνως, τὸν καρπόν· οὕτω Πάμφιλος· Φιλόξενος δὲ ἀμφότερα οἴεται περισπᾶν. Grammaticorum nomina debet Lexicographus Athenæo 2, c. 40. In fine puto δεῖν esse addendum. Vide et Bæhr. ad Ctesiam p. 317. — VAB sine ὀλίγον. Comm. et R, [ὀλίγον]. C, ὀλίγον. VAB sine ὦ. Comm. et R, [ὦ]. C, ὦ. Est ὦ φίλος pp. 9, 9; 13, 22; 25, 2; Epist. 5. Cf. ὦ γενναῖος, p. 10, 20.

(5) Conf. similia p. 13, 23. Notat ψιθυρίζειν de arboribus ex hoc loco Bernard. Reliqq. p. 75.

(6) In A continuatur Polycratis oratio usque ad τοιγαροῦν : in V et B usque ad εὐκρασίαν. C consentit editis.

(7) C, φθορᾷ. Permutatio syllabarum φο φθο frequentissima est, eamque non semel alibi tractavi. Æschylus Eum. 787 : ἀντιπαθῆ μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν χθονιαφόρον. Loco difficili parum accessit facilitatis ex conjectura χθονιαφθόρον. Potest servari χθονιαφόρον, non eo quem præbent scholia sensu, τὸν εἰς τὴν γῆν φερόμενον, sed activo, τὸν τὰ χθόνια, τὰ ἐκ τῆς γῆς γενόμενα, φέροντα καὶ ἀφανίζοντα.

(8) Editi, περὶ τὴν γῆν κυρτουμένην καὶ μένουσαν. C, περὶ τ. γ. ἐπικυρτ. καὶ μαιεύουσαν. AB, κυήματος περικυρτουμένην καὶ μένουσαν. De hoc loco jam egeram in Notit. mann. t. 9, 2, p. 156.

(9) C, εὐκρασίας. Non rara est illa numerorum synchysis. Vide p. 210, n. 1. Cangio, qui, notis ad Zonar. p. 111, in Pselli loco περιοδικῇ φρενίτιδι scripsit, pro περιοδικαῖς φρενίτισι quod scripserat librarius codicis 1182, p. 113, 2, facile ejus peccati veniam impertiret lector criticus; sed alia admisit non condonanda. Sic enim Psellum edidit aut perdidit : ὁ μὲν βασιλεὺς ὑδερῷ περιεπεπτώκει

οὐ περιοδικῇ φρενίτιδι ἔκαμνεν, εἴτε τινὸς βασκανίᾳ δαίμονος πονηροῦ, αὐτὸ δὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν περιτρέποντος, εἴτε τοῦ μελαντέρου καὶ γεωδεστέρου χυμοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀμαυρόντος. Quis homo, non coactus necessitate, ea typis tradere sustineat, quæ nullo modo lector intelligat, tanta cum sua temporis et famæ jactura, rerum pretiosissimarum! Psellus vero sic e codice restituatur : ὁ μὲν βασ. ὑδ. περιπεπτώκει· οὐ μὴν ἀλλά (τί γὰρ δεῖ κρύπτειν ἱστοροῦντας, οὐκ ἐπαινοῦντας;) καὶ περιοδικαῖς φρενίτισιν ἔκαμνεν ... χυμοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιόντος καὶ τὸ φρονοῦν ἀμαυροῦντος.

(10) Editi, ἄγει. Codices, ἄγοι. C, τουτὶ τὸ περίγειον ἐνδιαίτημα. Cf. ad Epist. 10, n. 13.

(11) Editi, διὰ τοῦτο ἄγγελος. A, δι' ὃ τούτῳ ἀγγ. B, διὸ τούτω ἀγγ. C, διότι προαγγ. In usu nominis, εὐετηρία, quod et modo adhibuit, adhibebitque Epp. 71, 74, Noster se grammaticis probaverit dicentibus : εὐθενία δὲ οὐ λέγουσιν οὐδ' εὐθηνία, ἀλλ' εὐετηρία. Restituere tamen ipsi εὐθένειαν conabor duce Villoisono, Hist. 8, 9, p. 209, A : ἐπιγίνονται δὲ αὐτῷ νόσοι ἀρθρήτιδες (imo ἀρθρίτιδες)· ταύτης δὲ τῆς νόσου ἀσθένεια καθέστηκε δυστυχὴς τοῖς τὸ βασίλειον ἄστυ κατοικοῦσι διὰ παντός. Etsi non absurdum sit ἀσθένεια, Villoisonus proponebat εὐθήνεια (malim ego, ut propius, εὐθένεια), idque apte confirmabat collato Niceph. Callixto, cujus de eadem re eadem sunt verba, t. 2, p. 861 : ἧς δὴ νόσου (τῆς ποδάγρας) εὐθηνία καθέστηκε δυστυχὴς τοῖς τὸ βασίλειον ἄστυ κατοικοῦσι διὰ παντός.

(12) In ὄμβρων desinit codex C mutilatus.

(13) AB, ταύτην. Et sic p. 15, 13, AB, ταύτην, non ταυτηνί. Importuna iotæ paragoge tollatur e Dione Chrys. Orat. 10, p. 296 : ἢ οὐχὶ κακοὶ ἄνθρωποι βλαβεροί εἰσι; Proposuit Reiskius ἢ οὐχ οἱ κακοί· quod reperi in codice 3009. — De verbo quod sequitur, ψεκάζειν, poterit consuli Wuwer. ad Petron. c. 128.

Pag. 25.

(1) V, ὄμβρου. Comm., ὄμβρον, Kimedoncio corrigente ὄμβρων. R, ὄμβρων. AB, ὄμβρων ἀπειλὴν τοῖς τῶν πνευμάτων κινήμασιν ἐπαισθάνομαι.

(2) AB, ἀσηπτότατα. Habent iidem infra ἀσηπότερά πως.

(3) Comm. R, γνώδους. AB, αὐτῆς. Permutatio solennis vocalium η et οι. Dion Chrys. Orat. 10, p. 302 : εἴ τις αὐλοῖς, οὐκ ὢν αὐλητικὸς, ἐθέλῃ χρῆσθαι. Codex 3009 melius, ἐθέλοι. Procopius Hist. Pers. 1, 4, p. 23, 9 : καὶ ἐμοὶ ἀποχρήσει, καίπερ οὐδὲν, ἂν οὕτω τύχοι, κεκομισμένῳ, τὸ δεσπότου εὐεργέτην τοῦ ἐμοῦ γεγενῆσθαι· miror non fuisse nuper correctum τύχῃ. Theodorus Prodr. Rhod. 4, p. 169 : Μάθῃς ἂν αὐτὸν, εἰ μαθεῖν ἔχεις πόθον· reponendum esse videtur, μάθοις. Idem ibidem 5, p. 189 : Ὤμων ἀπαρτώοιτε καὶ τὰς ἀσπίδας· reponendum, ἀπαρτῷητε. Dicæarchus Descript. Pelii p. 141 : ὃν ὅταν τις τρίψας λεῖον καταχρίσοι τὸ σῶμα· editores doctissimi debuerunt corrigere καταχρίσῃ.

(4) V, ἀπαναλωθείσης. Comm. R, ἐπαναλ. AB, ὑπαναλ. Præpositiones ἀπὸ, ἐπὶ, ὑπὸ, permutationi obnoxiæ sunt. Cf. p. 169, n. 4. Ducas Hist. p. 153, A : τὴν γῆν ἐθαλάσσωσε, καὶ, ὡς κατὰ κυμάτων, τὰ πλοῖα κατὰ τῶν κορυφῶν τῶν ὀρέων ἀπέζευξεν. Ultimum hoc ἀπέζευξεν, quod sensu caret, Bullialdo debetur, quum sit codicis egregia lectio, ἐπέζευσεν.

(5) AB, ἔδει γάρ.

(6) Psellus Omnif. doctr. c. 136 : εὔσηπτόν ἐστι τὸ ὑέτιον ὕδωρ. Plutarchus Q. Natur. 3 : εὐσηπτότερα γάρ ἐστι (τὰ ὄμβρια ὕδατα) τῶν ποταμίων.

(7) AB, προσγινόμενα. Erit προσγινόμενα dictum ut modo ἐπιγινόμενα. Alii, γινόμενα. Composita sæpe præpositionem amittunt. Psellus Omnif. Doctr. c. 145 : οὔτε δὲ ὁ πολύπους, οὔτε ὁ χαμαιλέων πρὸς τὸ λευκὸν ἀλλοιοῦται· διότι ἀσυμμέτρους ἔχουσι τοὺς πόρους πρὸς τὴν τοιαύτην χροιὰν, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐπιτηδείως· lego autem in codice 2087, ἀπαλλοιοῦται ..: ἐπιτηδείους· idque malo.

(8) Quum esset in Commeliniana mendo typothetico πλυμιγεστάτη, conjecit Kimedoncius πλημιγεστάτη, « quam tamen » ait « vocem nondum reperi apud alios ».

(9) AB, ἡ φύσις ὅλη.

(10) AB, ἀκίνητος ... φθ. θᾶττον ὁρᾷ· τ. γ. συνθέτοις.

(11) Editi ἐλευθερώσῃς. Prætuli quod est in AB, ἐλευθερώσεις. Permutantur ubique η et ει. Dion Chrys. Or. 10, p. 207 : ἆρα οὐχ ὑπολυσάμενος τάχιστα ἂν ἀνυπόδητος βαδίσῃς; Jubet tolli ἂν superfluum Reiskius. Codex 3009 caret particula ἄν. Qua sublata legam βαδίσεις. Æschylus Eum. 1025 : Πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων Εἰς τοὺς ἔνερθε (codex 2886, ἔνερθεν) καὶ κάτω χθονὸς τόπους. Prætulerim varietatem φέγγει. Non mittet Minerva tædas quæ profunda etiam Plutonis loca irradient; sed Eumenidas ad profundas sedes cum accensis tædis, φέγγει, ἐν φέγγει, ὑπὸ φέγγει λαμπάδων, deducet.

Pag. 26.

(1) A, ἐφ' ἑτέρᾳ. Ceteri, ἐφ' ἕτερα. Est ἐφ' ἕτερα Epist. 9. Cf. Epist. 29, ἐφ' ἑτέραν μεταστησόμεθα λῆξιν.

(2) De ranis Seriphiis olim mutis, nunc vocalibus, quippe quas Turnefortius egregie coaxantes audierit, ac Cyrenensibus simili affectis morbo, vide Ælianum H. A. 3, 37, 35, cum notis interpretum, coll. Camus. ad Aristot. p. 391.

(3) Comm., ὦ φίλοτης, corrigente Kimedoncio ὦ φιλότης. Sed quum ceteri consentiant in φίλος, ipsum illud accentus mendum φίλοτης mihi fere persuasit voluisse et Commelinum ponere φίλος. Ceterum de formula ὦ φιλότης vide supra p. 180, n. 9.

(4) Conjecit Kimedoncius, τί δὲ τοῦτο.

(5) AB sine που. Comm., που [ἀθρόον] ἑστάναι: quod Kimedoncius vertit. Restituam obiter voculam Psello male edito a Cangio ad Zonaram p. 158 : τὸν υἱὸν πολλοῖς ὅρκοις προκατειλήφη μὴ ἄλλοθί σου ταφήσεσθαι ἢ ἔνθα οὗτος τῷ θεῷ ᾠκοδόμησε τὸν ναόν. Codex 1182, p. 174, 2, Cangio offerebat quod prætervidit, προκατειλήφει μὴ ἄλλοθί που ταφ.

(6) VR, sic. Comm., μελιττοῦσαν. AB, μελιττοῦται. Est μελιττοῦτα memorata Epistt. 2, 44. Quod sequitur χαίρειν φράσας conf. cum

εἰπόντες χαίρειν Epist. 27. Quam dicendi formulam tractavi ad Anecd. t. 4, p. 208.

(7) Syntaxis est notabilis. Videtur infinitivus ab ἔοικε pendere. Doctior est usu Theophylacteo talis negligentia, quam e tragicis novimus et Platone. Nec ipsum ἔοικε apto loco positum videtur. Kimedoncius, verbis εἰστία ... ἔοικε positis in parenthesi, εἰπεῖν referebat ad δοκῶ.

(8) AB sine μυίας. Quod sequitur κεραΐζεσθαι explicabit Moschopulus Π. σχ. p. 37 : κεραΐζω, τὸ φθείρω. Herodianus Epim. p. 63, angustius : κεραΐζω, τὸ τέμνω. Parthenius c. 21 : ἔνθα δὴ καθ' ἑκάστην τῶν πόλεων αὐτὸν ἐπιόντα κεραΐζειν. Malim una voce καθεκάστην.

(9) AB, ἐμφανίζουσαι. Apes grata carpere thyma per laborem plurimum norunt vel ex Horatio suo urbani homines. Psellus Opusculis ineditis, editionis futuræ p. 174 : ἡ μέλισσα ... παρίπταται μὲν τὸ ῥόδον ... καὶ τῷ θύμῳ προσίσταται· φυτὸν ὁ θύμος δριμύτατόν τε καὶ ἀνοσμότατον, ἀλλ' ἡ μέλισσα ἐντεῦθεν τὰς πηγὰς ἔχει τοῦ μέλιτος.

(10) VR, ὄσφησιν. Comm. AB, ὄσφρησιν. « Abest aliquid, quod « addo : ἐντεῦθεν δὴ [casu et incogitate scripsit δὴ pro τοι,] καὶ δρι- « μυτέραν τὸ μέλι ἔχει τὴν ὄσφρησιν. Ut dicat mel Atticum gravioris « esse odoris, propterea quod, quo abundat Attica, pascatur « thymo apis ejus opifex ; quemadmodum Ponticum mel amarum « est, absinthii causa, quod in Ponto crebrum est. Quod de Sardo « idem tradit Isidorus lib. 20, cap. 11 : *Sardum amarum est absinthii « causa, cujus copia ejus regionis apes nutriuntur* ». Kim. Notante Bernardo ad Nonn. t. 1, p. 230, Theophylacto contradicit Lactantius Statii interpres, qui poetæ verbis « olentis arator Hymetti », Th. 12, 622, adscripsit : « creatoris mellis bene olentis ». Sed plus intellexit glossator quam dixit Statius, qui montem floribus olentibus et fragrantibus halantem significare satis habuit.

(11) AB, καθάπερ ἱερῷ τινὶ ἀττικῷ μυῖα οὐκ ἐπικάθηται μέλιτι. — De muscis melli attico non insidentibus Tzetzes Chil. 11, H. 370 ; 6, H. 93. Ibi : Μυῖα γοῦν ἐνιζήσασα φεύγει θύμῳ τοῦ θύμου. An θυμῷ τοῦ θύμου ? « cogitatione thymi », vel « ira ob thymum ».

(12) Comm., δ' ὅμως. Mox videtur Kimedoncius legisse ἐπείγονται pro ἀπείργονται.

(13) VR, ποὐτίδαρις. AB, πουστίδαρος. Comm., ποῦ 'στι Δαρεῖος. Pari elisione Æschylus Eum. 916: Τοιαῦτα σοῦ 'στι· τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ ... Sed lectio incerta paululum est. Codex 2886, τοιαῦτα σ τῶν, sic cum lacunula. Malim Τοιαῦτα σοῦ 'στω· nam de illis rebus sermo fit, non quæ sunt, sed quæ fortassis erunt, sed quæ futura esse optat quæ loquitur Minerva. Aristophanes Av. 960: εὐφημία 'στω. Quod cito, non omnino firmandi causa lectionem 'στω, quæ notissima est, sed quoniam id statim memoriola subministravit.

Pag. 27.

(1) AB, στρατευσάμενος.

(2) Editi sine τῶν. Comm. AB, καθέστηκε.

(3) VR, λόγοι. Comm. AB, πόνοι.

(4) AB, οἷα μέλιτταί τινες. « Lucretius: *Floriferis ut apes in saltibus « omnia libant, Omnia nos itidem depascimur aurea dicta, Aurea, per- « petua semper dignissima vita* ». Kimed. Comparatio valde frequens. Elegantissime Gregorius Naz. t. 2, p. 190, Seleucum hortatur ut ex profanis scriptoribus quod est utile colligat, quod noxium devitet, Σοφῆς μελίττης ἔργον ἐκμιμούμενος, Ἥτις ἐφ' ἅπασιν ἄνθεσι (imo ἄνθεσιν) καθιζάνει, Τρυγᾷ δ' ἑκάστου πανσόφως τὸ χρήσιμον ... Gregorius Nyssenus t. 3, p. 599, B: ἀφ' ὧν ἡμεῖς, ὡς ἡ ἐπαινετὴ μέλισσα, ἐκ πολλῶν ἀνθέων συλλέξαντες τὰ χρήσιμα, τὸ πνευματικὸν τοῦτο κηρίον κατειργασάμεθα. Plato Ione: λέγουσι γὰρ οἱ ποιηταὶ ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιρρύτων ἐκ Μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν ὥσπερ αἱ μέλιτται: ubi Knebel. p. 100. Adde Wyttenb. ad Plut. Anim. t. 1, pp. 279, 357; Barth. ad Claud. de laud. Ser. 9; Wakef. ad locum Lucretii 3, 11; Jacobs. ad Epigr. inc. 585, ad Philostrat. p. 663.

(5) VRAB, συνεκτικωτάτην. Comm., περιεκτικ. ὑπόθεσιν ἐπ' ἐξεργαστ. ὡς οἷόν τε [ἦν] ἐπεξελθόντες τῷ λόγῳ. Noster Hist. 1, 3: περὶ ὧν οὔ μοι σχολὴ ἐπεξεργαστικώτερον τοῖς μακροῖς ἐκείνοις λόγοις ἐπεξελθεῖν.

(6) VAB, σφετερίζομαι. Comm. R, σφετερίσομαι.

(7) VR, περιγράψοιμι. AB, περιάψαιμι. Comm., περιάψομαι. Cf. ad Epist. 21, n. 4.

(8) VR, λωποδυτήσω τοῦ Πλάτωνος. Comm., λ. τῶν [τοῦ] Πλ. AB, λ. τῶν Πλ.

(9) Comm., οὐ [δὲ] τόν. Ceteri, οὐ τόν.

(10) V, Σωσίωνα. AB, Σοτίωνα. « Est ille Sotion, cujus fragmen« tum edidit παραδοξολογουμένων de fontibus, aquis et lacubus « H. Stephanus cum Aristotelis et Theophrasti opusculis ». Kimed.

(11) A, θάλασσαν, superscripto ττ. Tzetzes Iambis post Chiliades v. 249 : Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων. De hac vocis θάλασσα hyperbole vide supra p. 182, n. 9, coll. Wernsd. ad Phil. p. 77.

(12) Comm. R, [οὐ Βῶλον], quæ verba non habet Vulc. Est οὐ κῶλον in AB. De Bolo philosopho pythagorico illa capi debere censet Meursius initio notarum ad Apollonium Dyscolum, ubi de Bolo illo et aliis disserit.

(13) Metaphora quæ est in ἐπιστήμης πλοῦτον illustravi ad Athenæum t. 8, p. 467; ad Aristæn. p. 238. Adde Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pythag. num. 30, p. 43; Gottleb. ad Thucyd. 2, 40; Fischer. ad Anacr. 23, 1; Valcken. Schol. in N. T. t. 2, p. 56; Meinek. ad Men. fragm. inc. 175; Kuinœl. ad Demetr. p. 38. Julianus Epist. 1 : ἐπὶ τὸν τῆς ἐπιστήμης πλοῦτον ἰθύνεις. Lusit etiam Theophylactus in nominibus πλοῦτον et Πλούταρχον. Simili acumine H. Stephanus scripsit epigramma in Plutarchum, quod vide ante ejus Moralia ab ipso edita : Οὔτι μάτην πλούτου σε γονῆες εἴπασιν ἀρχόν ... Quæ sequuntur verba οὐκ Ἀμβρ... Ἱεροκλέα uncis inclusit Commelinus. AB, τιμοκλέους, pro Τιμαγένους editionum.

(14) VAB, τὸν λοιπόν. Comm., τὸν τῶν λοιπῶν. R, τὸν λοιπῶν. Occasione data lucretur Ducas articulum τῶν p. 38, D : τὸ μέσον αὐτῶν σκηνῶν. Apte codex, αὐτῶν τῶν σκηνῶν.

(15) AB, λήματα. Sæpe librarii, literas qui duplicant non duplicandas, contrario mendo unam pro duabus ponunt. Vide p. 177, n. 6. In Æschyli Eumen. 178, antiquæ editiones tenent πάσσεται, invita sententia; est recte πάσεται in codice 2886. Luciani Bipontini D. Mer. 12, Πασσίωνα mutabo in Πασίωνα cum codice 2956. Ad rem Moschopulus Π. σχ. p. 167 : λέγεται λῆμμα καὶ ὁ κατέχων τις ἐφ' ἕτερον ὁδηγεῖται, ἤγουν ἡ λαβὴ, καὶ ἀφορμή. Mox editi, ἐπιλέξαντες. AB, ἀναλ. Et VR sine σύνοψιν, quod habent AB, habetque Comm., sed uncis inclusum.

Pag. 28.

(1) Narrat Epist. 34 graculi fabulam.

(2) AB, οὐδὲ γάρ ἐστιν ὁ ... κατώρθωτο.

(3) Comm. AB, πάνυ τοι. VR, πάνυ τι. Mutatio frequentissima, quam sæpe alias attigi.

(4) Comm., [καὶ] ἄπειμι. Idem mox, ἑρμαῖον.

(5) AB, ἐπιστήμην κεκτήμεθα.



NOTAE

IN EPISTOLAS.



(*) Lemma codicis 2991 A = A : Θεοφυλάκτου σχολαστικοῦ τοῦ σιμοκάτου ἐπιστολαὶ ἠθικαὶ ἑταιρικαί· καθὼς τὰ στοιχεῖα αὐτῶν δηλώσει. Sed στοιχεῖα, literæ scilicet ΗΘ. ΕΤ. unicuique epistolæ appingendæ, fuerunt a librario omissæ. Omisit etiam in lemmate nomen ἀγροικικαί· insunt enim codici Epistolæ Rusticæ. — Lemma codicis 3047 = B : Ἐπιστολαὶ σιμοκάτου ἠθικαί. Sunt in eo codice ἀγροικικαὶ et ἑταιρικαὶ seorsim positæ cum suo lemmate. — Lemma codicis 1657, cui insunt duæ tantum epistolæ, illæ scilicet quæ in editionibus sunt numeris signatæ 47 et 48, cum tribus primis epistolæ sequentis verbis : Θ....τοῦ σιμοκράτου (vide p. 165) ἐπιστολαί. Lemma Aldinæ, quod et Vulcanius exhibuit, illud ipsum est quo sum usus. Commeliniana : τοῦ αὐτοῦ Θ. σχ. τοῦ Σ... ἐπ. ΗΘ. ΑΓΡΟΙΚΑΙ καὶ ΕΤ... Editio Genev. : Θ. σχ. τ. Σ. Επ. Ηθ. Αγροικικαὶ δὲ Ετ...

Epist. α'.

(1) B sine articulo, quem nec tenet codex Matritensis in Yriartæ Catalogo, p. 469. Articulo sic caret editus Ducas Hist. p. 169, A : οὐκ εἴχομεν τόσην ἡμεῖς ἐξουσίαν τοῦ διδόναι σε τὴν πόλιν, οὐδὲ βασιλεὺς αὐτός. Melius codex, οὐδὲ ὁ β. Codex exhibet sine mutatione διδόναι σε. Sic tum scribebant : vid. not. ad Andreop. Syntip. p. 175. Ducas p. 36, 3 : ἀνοίξαντες θύραν ἔδωκαν αὐτοῖς διέξοδον. Codex αὐτούς, quod Bullialdus retinere debuit.

(2) De cicadis circa meridiem magis canoris ipse Theophylactus videndus Q. Phys. p. 22, 4, quem cf. et Epist. 61. Vide Barth. Advers. 5, 22, p. 252 ; 34, 2, p. 1547. Psellus ineditus, mox edendus :

18

ὅταν οἱ τὰ μεσημβρινὰ λειτουργοῦντες τέττιγες τὸν ἀέρα περιήχωσι καὶ πᾶσαν ἀκοὴν καταυλήσωσι. Tzetzes Chil. 9, 997 : Οἱ τέττιγες ζωΰφια τυγχάνουσι τῶν λάλων· Τῷ καύματι τοῦ θέρους δὲ μᾶλλον λαλοῦσι πλέον.

(3) Eadem metaphora casuque eodem Epist. 33 : ἐρωτικῶν γὰρ οἱ νέοι μεθύοντες ἡδονῶν. Philippus Epigr. 23 : Καὶ κώπην ἅλμης τὴν μεθύουσαν ἔτι. Compara « cæsariem ambrosia temulentam » Apuleii Met. 5, p. 361. Ceterum et frequens est metaphora et frequenter illustrata fuit. Anacreon fragm. 58 : μεθύων ἔρωτι· ibi Fischer. Philostratus Imagg. 1, 15 : ὁ Διόνυσος μεθύων ἔρωτι· ibi Jacobs. Ita Nicephorus Basil. t. 1, p. 430, 7, Rhetorum Walzii : μεθύουσα ἔρωτι. Basilius Sel. Orat. 8, p. 45 : τῷ πάθει μεθύοντα. Eumathius Hysm. 8, p. 282 : ἦν ὅλον μεθύον ταῖς ἡδοναῖς. Zosimus 5, 10, 5 : μεθύων δὲ ἤδη τῷ πλούτῳ· quod jam dixerat Philostratus V. S. 2, 1. Adde Nostrum Ep. 82, et Hist. 8, 6, 13, dativo utentem; ut et Eustathium Epist. 7, p. 316, 52 ; Lucianus Nigr. 5 : μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων. Himerius Eclog. 2, 15 : μεθύων ὑπὸ τῆς εὐτυχίας· ibi Wernsdorf. Joannes Chrys. Hom. de Abrah. p. 245 : ἐκ τῆς λύπης μεθύων· ibi Ducæus p. 453. Idem De educat. p. 10 : καθάπερ ὑπό τινος μέθης τῆς κενοδοξίας ληφθείς. Basilius Hom. de jejun. 1, p. 128 : οὐαὶ οἱ μεθύοντες οὐκ ἀπὸ οἴνου· θυμὸς μέθη ἐστὶ τῆς ψυχῆς ... λύπη μέθη ἐστὶ καὶ αὐτή. Vide etiam Taubm. ad Plauti Capt. 1, 1, 35 ; Ernest. Lexic. technol. in Μεθύειν· Weitz. ad Dracont. p. 60. Epigramma Anth. Palat. 5, 305 : καὶ μεθύω τὸ φίλημα πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς. Ordo sententiarum contrarius esse videtur, scilicet : καὶ μεθύω τὸν ἔρωτα, πολὺ τὸ φίλημα πεπωκώς· biberat enim basiolum nectareum insulsus ille vir; inde ebrietas et erotica insania. Metaphora Latinorum vicina est, qua « satiare » dicunt pro « implere ac saturare ». Quintilianus Declam. 1, p. 4: « spatium illud ingens domus ... cruore satiatum est » : ubi Burm. — Addo, quod superius fuit ponendum, ni serius invenissem, Theophylactea obversata Tzetzæ fuisse scribenti Chil. 8, 65 : Ὁ τέττιξ μεθυσκόμενος ἡλιακαῖς ἀκτῖσι Γίνεται λάλος, ᾠδικός.

(4) Noster Hist. præf. p. 3 : τοὺς δὲ Φαίακας οὕτω τὰ τῆς ἱστορίας ἐνηύφραινεν, ὡς, χαίρειν εἰπόντας τῷ πότῳ, θέατρον εἶναι δοκεῖν τὸ συμπόσιον, καὶ διανιστᾷν τὰ ὦτα καὶ κεχηνέναι θεουμένως (sic utraque editio male pro θεωμένους) τὸν ἄνδρα. Qui vertit « poculorum immemores », Pontanus legine voluit ποτῷ ? Nihil mutandum, quum sit ὁ πότος synonymum τῷ συμποσίῳ. Dion Chrys. Orat. 12, p. 370 : πῶς δὲ οὐ

τὸν ταῶ μᾶλλον ὁρῶντα θαυμάζει ... αὐτὸν ἐπαιρόμενον καὶ ἐπιδεικνύοντα τὸ κάλλος τῶν πτερῶν, ὅταν ἁβρύνηται πρὸς τὴν θήλειαν, ἀνακλάσας τὴν οὐρὰν καὶ περιστήσας αὐτῷ πανταχόθεν ὥσπερ εὐειδὲς θέατρον. Theodorus Prodr. in Notit. Mann. t. 6, p. 525 : πῶς σὺ τὰς Ὁμηρικάς μοι χρησθῆναι γλώσσας εὐξαίμην καὶ περιστήσεσθαί με τὴν οἰκουμένην ὅλην ὥσπερ θέατρον. Gregorius Naz. Epist. 111, de Alexandro : θέατρον ἀεὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὰς Ἀθήνας ὠνόμαζεν. De metaphora nominis θέατρον vide Villois. ad Long. p. 267; Spalding. ad Quintiliani verba, 1, 2 : « majore se theatro dignum putat »; quæ fere meminisse videtur Racinii Titus : « je me propose un plus ample théatre ». Conferendus etiam Seneca Epist. 7 : « satis enim magnum alter alteri « theatrum sumus ».

(5) A sine πως. AB, ἡμέτερα, quod prætuli edito ὑμέτερα. Erit τὰ ἡμέτερα pro τοὐμὸν, pro ἐμέ : ἐκθάλπουσι γάρ πως αἱ σαὶ ἀρεταὶ ἐμὲ πρὸς ἐγκώμιον. Notavi ea de loquutione ad Euripidis Hecub. 291. Nic. Gregoras in Fabricii Bibl. Gr. t. 7, p. 643 : τὸ ἡμέτερον τῇ νόσῳ ταλαιπωρούμενον ἐπεσκέψατο : id est, ἐμὲ ταλαιπ. Potest conferri ex Epist. 12 : σεμνότερα δειχθήσεται τὰ ἡμέτερα.

(6) A, ῥυπώδη. Obtinet passim illa vocalium η ει permutatio, fallente librarios pronunciatione. Theophylactus Hist. 1, c. 1, p. 8, C : αἱ μὲν τὰ τῇδε διαθῆναι καλῶς ἀναγκάζουσαι· imo διαθεῖναι. idem 2, c. 4 : τὸ κράνος ... ἀπεκδὺς, Θεοδώρῳ ... περιτέθηκε· imo περιτέθεικε. Psellus in Cantic. p. 306 : Εἰ δ' ἀναγωγὴν πρότερον ἐξερευνῆσαι θέλῃς· imo, ut est recte in cod. 2087 : Εἰ δ' ἀναγωγικώτερον ἐξερ. θέλεις.

(7) B, πραγμάτων. Ceteri, γραμμάτων. Quam permutationem tractavi ad Nicet. p. 106. Ibi in versu Theodori Prodr. Rhod. 8, p. 374, Φεῦ πάλιν ἀρχὴ γραμμάτων, ἄλλη τύχη, proposui πραγμάτων. Nunc malim : Φεῦ! πάλιν ἀρχὴ δραμάτων ἄλλη· Τύχη...

(8) Sic B. Ceteri, ἐψύχωσας. Theophyl. Hist. p. 2 : ἔχεις οὐκ οὖν, ὦ βασίλεια, τὸ ζητούμενον αὐτοσχέδιον· ἕρμαιον ἐκεῖνος ἀνεψύχωσεν, ὥσπερ ἐκ τάφου τινὸς τῆς ἀλογίας ἀναλαβόμενος, οἷάπερ ἄκιστίν τινα (edit. Pont. ἄκηστίν τ.) ἀλεξικάκου τινὸς Ἡρακλέους ἀναστησάμενος ῥώμῃ. Repono : ἔχεις οὐκοῦν, ὦ β., τὸ ζητούμενον, αὐτοσχέδιον ἕρμαιον. Ἐκεῖνός μ' ἀνεψύχωσεν, ... οἷάπερ Ἄλκηστίν τινα ... Præivit partim latina versio.

(9) Ald.CG, οὕτω γεν. ὁ Κριτίας Πλωτῖνος· ἡ γὰρ σώμ. ἐ. φ. ὁ ἐπὶ γῆς, ἡ φ. σ. μετ' ἀνθρ... V, οὕτω γ. ὁ κρ. πλωτῖνος, ἡ σώματος ἐ. φ. ὁ ἐ. γ. ἡ φ. σῶμα τωθεῖσα μετ' ἀνθρ... Sequor AB. In illo tamen non comparent verba ἐπὶ γῆς, estque μετ' ἀνθρ. Locum jam emendaveram ad Eunap. p. 138, ubi et similia contuli, inter quæ et hæc ipsius Theophylacti Hist. p. 2, etiam editis emendatiora, de Sergio: ἡ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς, ἡ Θεωρία σωματωθεῖσα μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφεται. Theodorus Hyrtacenus in meis Anecd. t. 1, p. 431: ἦν ἄντικρυς Κακία σωματωθεῖσα. Non abludit servata sententia a Phrynicho Appar. p. 9, 16: αὐτὴ νῦν ἡ Σοφία ζῇ· ἐπί τινος εὐδοκιμοῦντος χρῶ. Insuper addam in Epistolæ loco videri iterandum esse nomen Πλωτῖνος: οὕτω γενοίμην ὁ Κριτίας Πλωτῖνος· Πλωτῖνος γάρ... « Utinam sic et ille ego Critias fiam Plotinus! Plotinus enim vel « extra corpus philosophatur in terra »...

Epist. β'.

(1) Ald. Comm. GA et Matr., ταξιάρχης. V, ταξίαργος. B, ταξίαρχος. Nullum est discrimen. In Nostri Historia 2, 3, Vitalis qui ὁ ταξιάρχης dicitur, proximo capite dicitur ὁ ταξίαρχος. Id nomen me ducit ad Phalaridem Epist. 106, in qua varietatem mihi e cod. 3047 hancce notavi: γέγραφα δὲ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως διδόναι σοι σύνταξιν ὅσην λαμβάνουσιν οἵ τε ναύαρχοι καὶ οἱ ταξίαρχοι, καὶ δὴ καὶ οἱ σωματοφύλακες, μικρὰν ... Editum textum comparet lector criticus.

(2) B, κριός μοι. Cf. similia Ep. 35.

(3) Theophyl. Hist. 1, 11, p. 22, D: ἦν αὐτῷ ὁ βίος ἀβίωτος, χηρευούσης τῆς ἐκκλησίας τοῦ θαύματος. Ibid. 2, c. 6, p. 39, C: ὅσα τῶν Περσικῶν προμηθείας ἐχήρευε. Ibid. 4 extr.: ὁ καιρὸς παρεκάλει τὰ δάκρυα χηρεύων ἀλγηδόνων. Cf. 2, 8; 4, 8. Adde Epistt. 31, 34. Alciphro 3, 25: ἀργεῖ δὲ ἡ γῆ χηρεύουσα τῶν ἐμπονούντων.

(4) V, πεπόνθα μέν. AB, οὐ γὰρ τῶν σ. Editi, οὐ γὰρ ταῖς σ. Ad Eunapium p. 230, memorata illa varietate, legendum esse monui, utroque articulo recepto, ταῖς τῶν σ. Abest quidem articulus Epist. 5: καί τοι ἀπαρχαῖς τοῦ θερισμοῦ πολλάκις αὐτὰς ἐτιμήσαμεν. Sed adest Epist. 29: τῷ Πανὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ ποιμνίου ἀναθήσαιμι. Theodorus Prodr. Rhod. 7, p. 314: Ταῖς γὰρ ἀπαρχαῖς τοὺς θεοὺς τιμητέον.

(5) A, φήσας ὅτι. Conjunctio fere redolere glossema visa est. De μελιττούτῃ cf. p. 212, n. 6. Mox editi et A, ποιμνίου μου. B, μοι. Dativus præferendus videbatur. Restituatur Psello Cangii ad Zonar. p. 110: ἓν δὲ πρῶτον (fors. ἓν δὲ καὶ πρ.) ἔργον ἐκείνου καὶ σπούδασμα, λύειν τὰ τῆς γραφῆς ἄπορα καὶ τὸν σκοπὸν ἀνευρίσκειν τοῦ αἰνίγματος. Lego e codice 1182, p. 113, ἐκείνῳ, etiam τῶν αἰνιγμάτων.

Epist. γ'.

(*) Edidit hanc epistolam Orellius ad calcem Epistolarum Socraticorum et Pythagoreorum, scilicet ob fictum illud Theanus nomen. Quam ob causam et alias Theophylacti epistolas recepit, male diligens. In hac tamen ipsa epistola me diligentior, qui vulgatum Εὐριδίκῃ reliquerim, quod quidem est et in A. Atque latini interpretes scripserant « Euridicæ ». Sed peccantium magnus numerus non minuit, imo auget peccatum.

(1) Εὐπρεπείᾳ pro κάλλει sæpe utitur Theophylactus. Vide Epistt. 6, 15, 34, 66, 69. Dixit διὰ τὴν τοῦ κάλλους εὐπρέπειαν Epist. 30; contraria notione τὴν ἀπρέπειαν Epistt. 34, 57.

(2) Ald. VG, χαράττειν. Comm. AB, παραχαρ. Dicet παραχαράττειν θεσμοὺς Epist. 14. Psellus Opusc. ineditis, p. 169 futuræ editionis: μὴ καταίσχυνε τὴν πατρίδα, μηδὲ τὸ μητρῷον παραχάραττε ἔδαφος.

(3) Sic B. Ceteri, ἐκφαυλίζουσα. Qui bene intelligebat Jacobsius id verbi esse sententiæ minime conveniens, conjecit ad Achill. Tat. p. 606, ἐκφυλλίζουσα. Illustrat verbum φεναχίζειν Bæhr. in Meletematis Creuzeri part. 3, p. 39.

(4) Aristænetus 2, 1, p. 130: γυνὴ ἔοικε λειμῶνι· ubi Mercerus Theophylacti meminit, et ipse aliquid notavi.

(5) Orell., ἐγειτνίωσας. Or. ἐξ ἀνάγκης. Ceteri, ἐξανάγκης. Editi, καὶ γῆρας γὰρ ἀδικεῖς. A, γῆρας γὰρ ἀδ. B, καὶ γῆρας ἀδ. Ex variantibus bonam constitui lectionem. Erat γὰρ fere absonum. Displicebat καὶ, non per se quidem, sed quod proximæ sententiæ idem esset initium. Aliter res habet Epist. 6, ubi καὶ τὴν τέχνην καὶ τὴν φύσιν ἠδίκηκας. De verbo ἀδικεῖν sic posito vide mea ad Philostr. Her. p. 345,

ad Notit. mann. t. 11, 2, p. 52; coll. Abresch. ad Xenoph. Ephes. 3, 3. Libanius Epist. 1585 : οὐκ ἦν, οἶμαι, σὸν ἀδικῆσαι τὴν ἀλήθειαν.

(6) Editi, τὴν μὲν γάρ. AB, τό. Hoc prætuli, quod paulo quæsitius esse videtur. Sic Epist. 25, post nomina γένεσιν et θάνατον, ponit τὸ μὲν, τὸ δέ. Sic Epist. 34 est τὸ μὲν post nomen ψυχῆς. Habet vero Epist. 6 simpliciorem nominis et articuli per genus simile syntaxim. Utitur verbo νοθεύειν rursus Epist. 34. Addo exemplum ex ejus Historia 1, 6 : μετά τινα δὲ βραχεῖαν χρόνου ῥοπὴν ἡ τῆς εἰρήνης εὐεξία νοθεύεται. Rursus lib. 7 extr. : ἵνα μὴ τὸν σκοπὸν τῆς ἱστορίας νοθεύσωμεν.

Epist. δ'.

(1) Matrit., διεδέξατο.

(2) Editi, κεχαλίνωται. Ald. VG, καὶ ψάμμος τις ἐπὶ μικρᾷ ἠπείρῳ καὶ θαλάσσῃ μεταίχμιον. Comm., κ. ψ. τ. ἐ. μικρᾷ ἠπείρῳ [καὶ] θαλάττῃ μετ. Scripsi quod est scriptum in B. Consentit A absque ἐστι. Permutatio non rara vocabulorum ἐπὶ et ἐστὶ locum corruperat.

(3) A sine γῆν. Epist. 15 : τὴν γείτονα χέρσον.

(4) Cf. similia Epist. 25.

(5) Editt. ὑπηρέτιν χεῖρα. Periit articulus ob ultimæ syllabæ in ὑπηρέτιν similitudinem. Restitutus fuit ex B. Synesius De prov. p. 103 : τέχνην παρεχομένους ὑπηρέτιν φρονήσεως. In qua Synesii pagina locum esse video mancum, quem integrum faciam : αὔξειν δὲ ἅπαν ἀνάγκη τὸ τιμώμενον. Codex 1038 : ... τιμώμενον, καὶ ἔρρειν ἀνάγκη τὸ ἀμελούμενον. Videtur homœoteleutia omissionis causa fuisse.

(6) B, οἷός τ' εἶ. Sed ubique sine elisione scriptum est οἷός τε in Quæstionibus physicis p. 26, 16; 27, 13, 25; et in Epistolis 18, 27, 53, 59, 80.

Epist. ε'.

(1) Omisit γὰρ Commel. Monere liceat obiter in Gregoræ Scho-

liis ad Synesium p. 357 male γὰρ irrepsisse : ὥσπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τέ καὶ τίμια ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτονται, ἵνα μήτε δήμοις ἀνοσίοις προκείμενα κιβδηλεύηται, μήτε περιφρονῆται· διὰ γὰρ τῆς χορηγίας ἄπονόν τε καὶ πρόχειρον· οὕτω... Ultima, quæ sensu carent, corrigenda e cod. 831 : ... περιφρονῆται διὰ τὸ τῆς χορ..

(2) B, τοῖς ἡμετ. πατρ. A, ἐπείσαντο.

(3) Cf. ad Epist. 2, n. 4.

(4) B sine ἀλλά. A, ὥσπερ τελετὴν ὀργάδα θεῷ. An τελεστικήν? Latet aliquid quod non expiscor. Editi, ὠ. ὀργάδα θεῷ. B, ὠ. ὀργάδας θεῶν. Hoc malui. Plurali ὀργάδες sæpius usus est Euripides. Phrynichus Appar. p. 53, 32 : ὀργάδα, τὴν ἱερὰν καὶ ἀνιερωμένην γῆν. Vide Jacobs. ad Agathiæ Epigr. 30.

(5) Editi, ἐκείνοις. In Thesauro H. Stephani, sub Αἰδέσιμος, hic locus descriptus fuit cum lectione αὐτοῖς, quod mendum esse videtur calami properantis. Ceterum nec hoc nec illud ταῖς γεράνοις convenit. In Notitiis mann. t. 12, 2, p. 23, monui esse reponendum ἐκείναις ex AB. Vertit H. Stephanus : « dona non exorant; non videntur illis digna quæ exorent ». Est et debilissima versio Kimedoncii. Velim : « sed dona nulla, ut videtur, dignantur reverentia; nullam « illis dona reverentiam incutiunt ». Theophylactus Hist. 5, c. 16 : ἐπεὶ δὲ οὗτος οὐκ αἰδέσιμος ἦν ἐξαιτούμενος· id est : « sed quum rogans « nullam sibi dari reverentiam obtineret ». Idem 6, c. 10, p. 158, 6 : ὅπως δὲ τῷ αὐτοκράτορι αἰδέσιμα τὰ περὶ τὴν πρεσβείαν προσγένοιτο. Rursus quod magis ad præsentem facit locum, 1, 5, p. 15, D : οὐ πείθουσι δῶρα δύναμιν αἰδέσιμον ἔχοντα. Adde Epist. 64.

(6) Editi, ἀπαίρωμεν. AB, ἀπαίρομεν. Non jubet Ægirus Platanum proficisci secum, sed eum de suo ac suorum discessu monet. Sic Ep. 27 : ἐπὶ τὴν Αἴτνην ἀπαίρομεν. Pariter Ep. 32 : οὐκ ἐθέλει ὁ μιαρὸς τῶν ἐντεῦθεν ἀπαίρειν. Metaphorice τὰ ἐντεῦθεν de mundo ac mundana nostra vita Hist. 3, 16 : ἀπόφοιτος γοῦν τῶν ἐντεῦθεν ὅσον οὔπω γενόμενος. Dixit eadem figura τὰ τῇδε Hist. 5, 12 : ἀπέστη τῶν τῇδε. Cf. 1, 2. Et 1, 1, p. 8, C : τὰ τῇδε διαθῆναι καλῶς· imo διαθεῖναι. Cf. Ep. 34.

Æneas Gaz. Theophrast. pag. 9 : τῶν τῇ δὲ (imo τῇδε) πραγμάτων ἀπηλλάγη.

(7) A, συμφερώτερον. Et sic esse videtur in B.

(8) B, ἡμᾶς ... κεκτημένους. Prætuli editionum et A lectionem propter accusativos non nitide copulatos κεκτημένους τοὺς γείτονας. Fateor tamen argumento id genus non magnam inesse vim.

Epist. ϛ'.

(1) A, χρύσου. Nomen notum est Callicratis, qui non pictor fuit, sed sculptor, et de quo post Junium in Catalogo vide interpretes ad Ælian. H. V. 1, 17; Willet. ad Galen. p. 103. — Mox A, δηλοῦσι.

(2) A et editi, καὶ μά. B, ναὶ νή. Inde feci ναὶ δή, quæ formula occurrit Q. Phys. p. 19 et Ep. 14, ac visa est ob id eligenda, quod rarior. Noster Hist. 8, c. 13 : ἀναιρεῖταί τε καὶ Κομεντίολος ... ναὶ δὴ καὶ Γεώργιος. Ibid. Procem. p. 2, 2 : ναὶ δῆτα καὶ πρὸς τὰ βασιλέων τεμένη εἰσῴκησαν· leg. εἰσῴκισαν. Cf. 1, c. 10, p. 20, D; etc.

(3) A, παρρασίου. Ceteri, παρασίου. Et sic infra. Scripsi quod est in usu. Et ita fecit Junius Theophylacteis usus in Catalogo. Malim jurasse fœminam per Zeuxidis quam Parrhasii tabulas, quum fuerit celeberrima a Zeuxide picta Helena.

(4) Comm. sine priore καί. B, ἠδίκησας. Ceteri ἠδίκηκας. Theodorus Prodr. Rhod. 3, p. 118 : Καὶ πάντα πάντως συγκεκίνησας κάλων. Pro barbara forma ex aoristo et perfecto male conflata, repono συνεκίνησας. Mox V Comm. τὸν δὲ σοφ.

(5) A sine καί. AB, ἐπαινέτης. Eadem vocalium η et ι permutatione est ὑλακτίσουσι in A Epist. 7; εὐεπίλιστον in G ibid. Apud Lucianum D. Mer. 8, Chrysis quæ ὀκτωκαιδεκαέτης dicitur, in Bipontina qua utor, dicenda erat ὀκτωκαιδεκαέτις, quod tenet codex 2956. Loquitur ibidem Ampelis meretrix εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἑταιρίσασα· imo ἑταιρήσασα, teste eodem libro.

(6) Editi et A, πιστεύσασαν. B, καταπιστεύσασα. Malim καταπιστευ-

σάσης. In desinentiis sæpius peccatum fuit. Extrema Ep. 7, pro ἀκονήσασαν est ἀκονήσασα in A. Cf. p. 207, n. 4. Choricius Villois. p. 56: ὅσης γὰρ ἄξιοι τιμῆς οἱ πονηρίαν τινὰ μετιόντες, τοσαύτης, οἶμαι, τιμῆς οἱ τὴν ἀντικείμενον ἀρετὴν ἠσκημένοι. Codex 2957, quo Villebrunius utebatur, τὴν ἀντικειμένην. Sic sæpe erravit Villebrunius, homo indiligentissimus. Psellus in notis Cangii ad Zonar. p. 111: ὁ δὲ σαλευόμενος ὁρῶν ἀκμὴν τῆς ἀρχῆς, καὶ πῆξαι βεβαίωσιν οὐκ ἔχουσαν, κρύπτει. Quæ aliis intelligenda proponebat, ipse certe Cangius non intelligebat. Codex 1182, p. 113, 2, quo post Cangium utor, nitide exhibet: ὁ δὲ σαλευομένην ὁρῶν ἀκμὴν ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν καὶ πῆξιν βεβαίαν οὐκ ἔχουσαν, κρύπτει. Æschylus Eum. 4: ἐν δὲ τῷ τρίτῳ λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς, Τιτανὶς ἄλλη, παῖς Χθονὸς, καθέζετο, Φοίβη. Quum Phœbe in prophetico throno sederit volente Themide, θελούσης Θέμιδος, nec ullius, ut quidem videtur, dei deæve venia indigeret, τινὸς displicet. Opinor etiam πρὸς βίαν absolute dici, non πρὸς βίαν τινὸς, etsi bene βίᾳ τινὸς dicatur. Inde mihi quidem visum est, posse, quæ facili desinentiarum confusione niteretur, conjecturam proponi, οὐδὲ πρὸς βίαν τινά.

Epist. ζ'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Matrit. sine δοκεῖ. Nostro præivit Gregorius Naz. Epist. 63: νόμος ἦν Ἀθήνησι παλαιὸς, ὡς δ' ἐγώ φημι καὶ κάλλιστα ἔχων, ἐπειδὰν φθάσαιεν εἰς ἥβην οἱ νέοι... — Commelinus sine τό. Articulis sic sæpe ipsorum tenuitas nocet, effugiuntque calamum et oculos. Phalaris Epist. 105: εὐλαβουμένη τὸν ἐν τυραννίδι βίον· nec male cod. 3047, ἐν τῇ τυρ. Libanius t. 4, p. 17, 17: ἵνα δὲ γενέσθαι φαῦλον ἐν πόλει δεξιῶς ἐχούσῃ θαυμαστὸν οὐδέν· codex 963, ἐν τῇ πόλει, in urbe Troja scilicet: malim tamen ἐν π. in genere. Ducas Hist. c. 13, p. 24, D: κατεάξας τὸν ναὸν ἐπ' ὀνόματι πάντων τῶν ἁγίων κτισθέντα παρὰ κυρίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ. Scribendum e codice, τὸν ναὸν τὸν ἐπ'... παρὰ κυροῦ A. Est quidem τῶν in ipso codice; sed volebat librarius τὸν scribere. — Statim A, ταύταις.

(2) Noster Hist. 8, c. 11, p. 212, 5: πρὸς ἀποσφαγὴν τὸ ἑκοτῆς ὑπομάζιον παραδούσης. Videlicet παιδίον. Conf. Epist. 62. Ducas Hist. p. 11, A: ἡ ἀρχὴ ἐν ὑπομαζίῳ βρέφει, μόλις τὸν νοῦν καὶ τὴν γλῶτ-

ταν ἐν παιγνίοις καὶ ψελλίσμασι ἐνεργεῖν δυναμένῳ. Codex melius, ψελλίσμασιν. Sic sæpius Ducæ Bullialdus ἐφελκυστικὸν ν male abstulit, male addidit. Videlicet p. 8, B : μῖσος ἐνέσπειρεν καί· codex, ἐνέσπειρε. Rursus p. 9, B : ἀπέκλεισεν τόν· cod., ἀπέκλεισε. Et p. 14, C : ὅπερ φρούριον ἐτύγχανε ἀκρόπολις· cod., ἐτύγχανεν. Et p. 19, C : ἐν δόρκσι, ἀλλ'· codex, δόρκσιν· ac sic nova editio. At p. 29, A, ubi Bullialdus dedit δίδοσι ὅρκους, nova editio correctior δίδωσιν ὅρ., corrigenda tamen; nam est in codice δίδει ὅρ. Verbum δίδω est in meis Anecd. t. 5, p. 34, 10.

(3) Editi, οἷα συμβαίνει τὴν τοῦ γ. Sed valde displicet τὴν τεκοῦσαν τὴν τοῦ γ. Sumsi τινὰ e codice. Formulam, οἷα συμβαίνει τινά, aliunde nunc non memini.

(4) A, ἐπιλανθάνωνται ... μοιωθέν. Permutatione notissima vocalium ω et ο usus, monebo in Eumenidibus v. 676, τόνδ', quod pro τῶνδ' vulgato scripsit Hermannus, scriptum esse in codice 2886. — Ald. VG, περιθάλπουσαι, quo servato, oporteret legi καὶ κατ' οὐδέν.

(5) Editi, ἔγγονα. A, ἔκγονα. Cf. not. 4, p. 167, et ad Epist. 77, n. 1. Editi et A, συνεχῆ. Proposuit συγγενῆ Bernardus in Actis Soc. Traj. t. 1, p. 212, qui præterea apposuit similia verba Maximi Tyr. Diss. 17, c. 10, p. 331 : ἐκείνου ἔγγονα ἀκριβῆ καὶ γνήσια. Ad rem ipsam quæ narratur cf. Ælian. H. A. 3, 8, ejusque interpretes.

(6) A, λόγος ἠνάγκασε. De permutatis λόγος et νόμος vid. Anecd. mea t. 1, p. 149, n. 2; not. ad Eunap. p. 335.

(7) Μετοχετεύειν sic translatum vide et Epist. 9. Noster Hist. 1, 8 : πρὸς τὴν ἑλλάδα φωνὴν μετοχετεύσω τὸ ὄνομα. Ib. 8, 9 : Σέργιος ἐξ ἑωθινοῦ πρὸς τοὺς κορυφαιοτέρους τοῦ δήμου τοὺς λόγους τοῦ Γερμανοῦ μετωχέτευσεν.

(8) In parili antithesi Epist. 13 erit plene ἀλόγων ζώων. Vide Epist. 59 et not. ad Eunap. p. 439.

(9) Noster Hist. 8, c. 13, p. 216, A : διὰ τῶν ἀνδριάντων, ἢ δαιμόνων, εἰπεῖν οἰκειότερον. Eumathius Hysm. 3, p. 89 : ἐξέπτη μου τῶν χειρῶν ἡ κόρη, ἢ μᾶλλον, εἰπεῖν οἰκειότερον, ἐκεῖναι νωθρῶς οὕτω καὶ μαλακῶς τῆς κόρης ἐξέπεσον.

(10) A, ὑλακτίσουσι. Auctor meminit Isocratis ad Demon. p. 6 : τοὺς κακοὺς δ' εὖ ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας (est ἀλλοτρίους in loco Isocratis ap. Georgidem inter Anecd. mea t. 1, p. 51) κύνας σιτίζουσιν· ἐκεῖναί τε (Georg. ἐκεῖνοί τε) γὰρ τοὺς διδόντας, ὥσπερ τοὺς τυχόντας, ὑλακτοῦσιν. Conferam Phavorinum Stobæi tit. 14, 12 : ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ἀπέθανεν, οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας καταλύουσιν. Prostant, pro καταλύουσιν, conjecturæ κατεσθίουσι, κατέδουσι. Propono καθυλακτοῦσιν.

(11) Comm. [ἔτι]. A, τί ... ἐρευγόμενος. Similis locus Hist. 1, 15, p. 28, B : τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἔναγχος μεμνῆσθαι κραιπάλης. Seneca Epist. 95 : « exhalantibus crapulam veterem ». Adde Casaub. ad Pers. 3, 59, 99, ed. Duebner.

(12) Hanc sententiam in Gnomologium suum intulit Georgides l.l. p. 52.

(13) Sæpe utitur adverbiis ὀψέ ποτε. Cf. Epistt. 12, 29, 68; Hist. 1, 5, extr. Æneas Gaz. Theophr. p. 48 : τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ψυχὴν μακρόν τινα χρόνον ἐν ἀργείᾳ καθίσαντες, ὀψέ ποτε δεσμῶτιν εἰς σῆμα τὸ σῶμα πέμπουσι. Imo ἀργίᾳ ut est in codicibus. Et obiter monebo illum literarum lusum inter σῆμα et σῶμα debere Æneam Platoni Gorg. 104. — Infra A, δάκρυσι. Noster eadem imagine Hist. 8, 11 : προαναιροῦνται ἐπ' ὄψεσι τοῦ βασιλέως οἱ παῖδες οἱ ἄῤῥενες, ἐντεῦθεν τῷ τῆς φύσεως ξίφει, τῷ φόνῳ τῶν παίδων, προκολάζοντες οἱ φονευταὶ τὸν Μαυρίκιον.

Epist. η'.

(*) Arnaldus in Misc. Observ. t. 4, p. 450, legi jubet Μύρτωνι. Quod displicuit Bastio, qui, Epist. Crit. p. 270, recipiendum monuit lemma Vaticani libri Δάφνωνι Μύρων. Et quidem e verbis Epistolæ, εἰ μόνῳ τῷ Δάφνωνι ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ, colligebat Bastius ad Daphnonem a Myrone scriptam esse epistolam. Ac Bastio paruissem, ni opportune codex B in iis quæ apposui verbis pro Δάφνωνι exhibuisset Μύρωνι. Reliqui ergo lemma vulgatum, quod etiam Vaticano præstat ob ipsum nominum ordinem, posito scilicet prius scribentis nomine. Ipsum nomen Μύρωνι in epistola rustica, quum sint plerumque propria rusticarum nomina ab re rustica sumpta,

vix placet; ac Μύρτωνι, quod etiam Wagnero ad Alciphr. 1, 15, probatum est, facilis est correctio. Sed quum Μυρωνίδης Epistolas 14, 35, rusticas scripsisse dicatur, illud nomen hoc vindicatur. Possit tamen utrobique mutatio fieri facilis, Μύλωνι, Μυλωνίδης. Erit Μύλωνι Epist. 23, n. 1. Notum est λ et ρ permutari. In lemmate Epist. 14, A exhibet male Δαμάρῳ pro Δαμάλῳ.

(1) Ald. VG, μ. τ. ἐπικοιλαίνεις τὸ γ. καὶ τὸ κατ. ὕ. ἐπιῤῥοφήσεις. Comm. sic, cum ἐπιῤῥοφεῖς. B, ἐπικοιλαίνεις τὸ γ. ὅπως τὸ κατομβρίσαν ὕ. ἐπιρροφήσῃς. Sequutus sum A.

(2) B, ὁ δειλ. Fuit ὦ δείλαιος Epistola proxima.

(3) AB, ἢ τάχα. Ceteri, ἦ τ. Kimedoncius vertit ἢ τ. Potest ambigi. Interrogationem feci quæ nullibi fuit.

(4) A, καταυχμῶν. Utitur adjectivo κάταυχμος Hist. 1, 13 : ἡ δὲ γῆ... ἄνυδρός τε καὶ κάταυχμος. Rursus 5, 4, Singarum urbem describens, τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρεύσεως πεφυκὸς πρὸς πολιορκίαν ἀπρόσιτον· ubi miror Pontanum hæsisse.

(5) AB sine μέν. Qua vocula posset auctor carere; inventam retinui. Ex iis est quæ facile omittuntur, facile adduntur, mutantur facile. Libanius t. 4, p. 17, 22 : οὐ τῶν πολέων, οἶμαι, ταῦτα κατηγορήματα, τοῦ δὲ πεποιηκότος ἀδικήματα. Cod. 963, πολέων μὲν, οἶμ., male, ut videtur. Id. t. 4, p. 434, 16 : τοὺς λόγους αὐτῶν οἴκοι οἱ ἄνδρες ἐπήνουν, ἐν ἀγορᾷ δὲ τοῖς τῆς ἑταίρας ἐγοητεύοντο ῥήμασι· cod. 3017, οἴκοι μὲν οἱ ἄ., bene, quum vitetur hiatus ingratissimus οἴκοι οἱ. Maximus Tyr. Diss. 41, 5, p. 289 : ἐπειδὰν ἐπιβῇ ἁρμάτων καὶ λάβηται μὲν ἡνιῶν, ἡ μὲν εὐδαίμων ... Codex 1962, λάβ. τῶν ἡνιῶν, omnino recte, idque volebat Markland. Psellus in oracula Chald. p. 53 : εἴδωλον μὲν τοῦ μὲν θεοῦ ὁ νοῦς, τοῦ δὲ νοῦ ἡ λογικὴ ψυχή· imo εἴδ. οὖν τοῦ μὲν θ., ut est in codd. 2109, 1182. Theodorus Prodr. Tetrast. p. 66, de regis urbis Hai suspensione : οὗτος ἐκεῖνος Γαὶ βασιλεὺς μεγάδοξος· ἀτὰρ μέγα αἶσχος ἀπόφλει, Ἄρτι μὲν ἠνεμίῳ ὑπὸ πότμῳ θυμὸν ὀλέσσας. Importunum μὲν facessat, scripto μετηνεμίῳ e codice. Idem p. 56 : Φεῦ σοὶ, Μαδιάμ! τῆς ἀκοσμίας ὅση! Τοὺς πέντε μέν σου βασιλεῖς δούλους βλέπω, Τὸ κάλλος αἶσχος, τὰς πόλεις πεδιάδας, Σὲ δ' αἰχμάλωτον Ἰσραὴλ καὶ δουλίδα. Codex, τοὺς πέντε γάρ σου ... Quis in eligendo non hæreat?

Fere placet magis retineri μέν. In tali animi motu, φεῦ! δσπ! frigidior est causalis conjunctio. Dicæarchus Descr. Græc. 21 : σεαυτὸν μὴ βραχὺ, Ὀλοσχερῶς δ' ἐπὶ ταῦτα ἄεύς. Malim μὲν pro μὴ, quum dixerit auctor se paucis complecti, ἐν βραχεῖ χρόνῳ, quæ multis narrarunt superiores. Procopius Gaz. Yriartæ p. 264 : τίς οὐκ ἂν καὶ τὴν γλῶσσαν ἐνδάκοι ὥστε μὲν εἰπεῖν· imo μὴ, ut vidi in codice. Summa cum negligentia Cangius ad Zonar. p. 111, Psellum describens e codice 1182, p. 113, 2, edidit καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπῆλθε, quum sit in ipso codice, καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθε.

(6) Editi et A, περιλιμνάζεται. B, ἐπιλιμν., quod prætuli merito.

(7) B, εἰ μόνον τῷ Μύρωνι. Editi et A, εἰ μόνῳ τῷ Δάφνωνι. Vide n. ad lemma.

(8) Editi et A, καὶ τὸ γείτων. B sine articulo. Epist. 62 : τὸ βούπαιδες εἶναι κεκλήρωνται. Epist. 46 : τῷ θυμῷ τὸ ἵππος εἶναι ἀφῄρητο. Nostri locum admovit Arnaldus l. l. ad Alciphronis verba 1, 15 : δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς, φησὶν ἡ παροιμία. Notum ea de re Hesiodeum hemistichium : Πῆμα κακὸς γείτων.... ad quod vide Schott., qui illud in Proverbiis metricis habet v. 365. Demosthenes in Callicl. init. : οὐκ ἦν ἄρ', ὦ ἄ. Ἀ., χαλεπώτερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν. Poeta Aristotelis Rhet. 1, 21, 15 : Οὐδὲν γειτονίας χαλεπώτερον. Ad Stobæi locum tit. 37, 30 : Θεμιστοκλῆς, χωρίον πωλῶν, ἐκέλευσε κηρύττειν ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει· adscripsit vir doct. : « puto Plutarchi esse »; et recte putabat : vide Plut. Them. 18. Ælianus Epist. 6 : πάλαι μὲν οὖν λέλεκται κακὸν εἶναι γείτων κακός. Libanius t. 4, pag. 985, 26 : γείτων ὀργίλος ἔν τε ἀγρῷ καὶ πόλει μεγάλη τῷ πέλας συμφορά. Adde Menandri fragmentum incertum 22, edit. Meinek., quod non reperiebam, quum in Anecdotis t. 1, p. 151, notam scriberem ad Philistionem, et ipsum conferendum.

(9) B, μόλις. Editi, μόγις. « In his nihil certi », Porsonus ait ad Phœn. 319. A, καὶ θανάτου μόνον ἄν τις πασόμενον.

Epist. θ'.

(*) Editi et A, εὐρίππη. Matrit. Εὐριπίδη. A, εὐρίππη ξενοκράτει· et infra exhibet bis ξενόκρατες, pro Δεξίκρατες. Fictum est nomen

Εὐρίπη fœminæ levis ac mutabilis a proverbiali formula, ἄνθρωπος εὔριπος, de qua vide not. ad Anecd. mea t. 2, p. 302. Epistola non est in B.

(1) A, ἐννάτη φθίν. ἀνθεστηριῶνος, cum scholio : τοῦ ἀπριλλίου.

(2) A sine καί. Tales voculæ sunt calamis volantibus ludibria. Psellus Cangii ad Zonar. p. 111 : πρὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς οἰκείους συγγενεῖς τῆς κακίας ἴον ἐκκενοῖ, καὶ οὓς μὲν ὑπερορίᾳ καταδικάσας, οὓς δὲ τῶν παιδογόνων μορίων ἀποτεμόμενος, ἤδη που γενείας ἔχοντας, καὶ υἱέας, ὄντας τοκεῖς, στεφανοφορεῖ καὶ λαμπρύνεται. Codex 1182, p. 113, 2 : οἰκείους καὶ συγγενεῖς· et insuper, τὸν κακίας ἰὸν ἐκκ. ... ἤδη που γενειάσκοντας καὶ υἱέων ὄντας τοκ. Dion Chrys. Or. 10, p. 305 : ὁμοίως δὲ ἄλλο ὁτιοῦν πράττειν ἐὰν συμβουλεύσῃ σοι μὴ ἐπισταμένῳ, οὐχ οἷός τε ἔσῃ. Addas καὶ, post ὁμοίως δὲ, e codice 3009, qui caret pronomine σοι, non valde necessario. Ibidem : ἐάν σε κελεύσῃ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν ὀρθῶς, καὶ μὴ γραμματικὸν ὄντα, οὐ δυνήσῃ. Ibi alterum καὶ, quod delendum esse monuit Reisk., abest ab eodem codice.

(3) Hunc locum admovit Jacobs. ad Meleagri verba Amorem alloquentis Epigr. 28 : βαλὼν δ' ἐπ' ἐμὴν φρένα πυρσοὺς, Οὐ φλέξεις· ἤδη πᾶσα γάρ ἐστι τέφρη. Noster Ep. 72 : ὁ τῆς Ἀφροδίτης μοι πυρσὸς ἀπηθάλωται. Redibit nomen περιστέρνιον Ep. 15.

(4) A, ἀπεκοττάβυζον, cum scholio : συνεχῶς ἐπέρρεον. Vide Arnald. Lectt. Græc. p. 19. Editi junctim καθημέραν. A, καθ' ἡμ.

(5) A, ὀνειροπόλουν. Augmentum sic nonnunquam evanescit. Theodorus Prodr. Rhod. 8, p. 353 : Καὶ τοῦ πυρὸς φλέγοντος οὐδαμῆ δρόσος· Κἂν ἦν, ἀποστρέφοντο ταύτην τὴν δρόσον : imo ἀπεστρέφοντο. Phalaris Epist. 42 : οὐ μέμφομαι τὴν ἀχαριστίαν ὑμῶν πολλάκις εὐεργετημένων. Melius εὐηργετημένων in codice 1038. Idem Epist. 103 : μεμνῆσθαι τῆς τῶν γεγεννηκότων καὶ τοσαῦτ' εὐεργετησάντων χάριτος. Idem codex, εὐηργετηκότων. Quæ varietas lectorem tenet dubium. Alciphron 3, 5 : ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Ἀηδόνιον δραμὼν, καὶ φράσας παρ' ὅτου καλεῖτο, ἐδέησα κινδύνῳ περιπεσεῖν. Possit cogitari de rescribendo ἐκαλεῖτο. Sed recte καλοῖτο in codice 2720. Verbo ὀνειροπολεῖν me duci sinam ad Libanium t. 4, p. 226, 2 : καταλαμβάνει μὲν ἡ νὺξ τὴν παλαιὰν τρυφὴν ὀνειροπολοῦσα. Codex 3017 melius : καταλαμβάνει με ἡ ν... ὀνειροπολοῦντα.

(6) A, ἀεί μοι φαντ. τῆς σῆς μοι παρ. Sententia conferenda est Ovidii Ep. 19, 53 : « Auribus interdum voces captamus, et omnem « Adventus strepitum credimus esse tui ».

(7) Metaphoram verbi δουλαγωγεῖσθαι illustrat Dorv. ad Char. p. 319. Cf. n. 1, ad Ep. 60. Infra Ep. 33, τῷ ταχίστῳ κόρῳ tribuit alas ingeniose.

(8) Comm., ἄπιστόν [τι] χρ. A, πάθος. Sic πάθος pro πόθος Ep. 39. Quam varietatem ad Nicet. p. 448 ostendi in versu Theodori Prodr. Rhod. 7, p. 317, Οὕτω τυφλόν τι χρῆμα καὶ μωρὸν πάθος, legente recte Macario Rhodonia πόθος, quod et e Vaticano codice protulit Bassus ad Eumath. p. 289. Illa utar permutatione eumdem correcturus sic editum Rhod. 1, p. 13 : Κἀγὼ μὲν ἴσως καρτερήσω τὴν βίαν, Κἂν δεσμὰ, κἂν κόλασιν ἐκραβδισμένων Πoθῶν κελεύσῃ δυσμενῶς ὁ Μιστύλος Τὸν αἰχμάλωτον ἄθλιον Δοσικλέα. Pro ποθῶν legam παθεῖν omnino, et forsan ἐῤῥαβδισμένον.

(9) A, καὶ βλ. ποτὲ καὶ αὐτός.

Epist. ι'.

(*) Ald. G, Σωπάτρῳ : sed infra in ipsa epistola, Σωσίπατρε. Matrit., Ἀναγόρας Σωπάτρῳ. Comm. VA, Ἑρμ. Σωσιπάτρῳ. B sine epistola. Epistolas 7, 25, scripsisse fertur Σωσίπατρος, ad quem, idque sine varietate, scripta est Ep. 84. Scripsit et in A Epistolam 72; de qua tamen cum illo contendit idem Σώπατρος, editis fretus ac libro Matritensi. Vide p. 171, n. 8.

(1) Accessit καὶ ex A. Accedat et Phalaridi Epist. 121 : τὸν γὰρ ἄλλοις ἐπιτιμᾷν ἐπιβαλλόμενον, αὐτὸν ἀπηλλάχθαι χρὴ πάσης πονηρίας. Codex 1038, non sine vi : καὶ αὐτόν. Locum etiam recuperet postliminii jure in Ducæ Historia p. 57, B : μηνύει τῷ Τζινεὴτ παραχωρῆσαι, τῶν ἐκεῖ δὲ ἀφεῖναι τὴν ἐπαρχίαν. Codex, παραχωρῆσαι τῶν ἐκεῖ καὶ ἀφεῖναι ... Sicque edidit Bekkerus e divinatione, lectore ne quidem monito. Monuit, ut par fuit, quum p. 142, B, edidit ἐξῆλθον ἐκ τῆς Χίου καὶ πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἔπλευσαν, addito καὶ, quod etsi sit in codice, fuerat a Bullialdo male prætermissum.

(2) Notus hic usus participii absoluti in casu accusandi, de quo vide Elmsley. ad Heracl. 693, coll. Heller. ad OEd. C. 373.

(3) Dixit τοῖς ὅλοις pro τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις. Sic Hist. 3, 11 : ὅλοι οὗτοι τέκνα σοῦ εἰσι ... τούτους βλέπων, ὅλους τοὺς τῆς πολιτείας βλέπεις. Nec aliter Sophronius Epigr. 2, 5 : Κτήμασι μὲν πολύολβος ὅλων πλέον. Vide ibi Brunck., et Jacobs., qui Dorvillium citat, ad Char. p. 423 exempla proferentem, inter quæ est et Theophylacteum. Theophylacti etiam meminit ad Nonn. t. 1, p. 172, Bern. de abusu nominis ὅλος agens. Id vitii plus habet quo displiceat in dandi casu, quum sit τοῖς ὅλοις formula nota pro *omnino*, cui nunc non est locus. Leo Epigr. 3 : Χαίροις δὲ καὶ σὺ, Πρόκλε, τοῦ Σαρπηδόνος Ἄριστον αἷμα, τοῖς ὅλοις βοώμενον. Opinor quidem probabilius eum vertere, qui *ab omnibus celebratum* exposuerit, quam qui *omnino celebratum*. Possit tamen et hæc interpretatio defendi. Possit etiam et admoveri Epistolæ 73, ubi πολύπους τὴν γνώμην εἶναι τοῖς ὅλοις δοκεῖς, scilicet « omnino videris » ; malim tamen cum Kimedoncio « omnibus videris », ob antithesim sequentem, ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο σαφέστατα, qua ἐγὼ opponitur τοῖς ὅλοις καὶ πᾶσι. At nemo hærebit, circa formulam saltem τοῖς ὅλοις « omnino », in illo loco Libanii t. 4, p. 38 : εἰ δὲ ὑμεῖς τι πταίσετε, τοῖς ὅλοις ἐπταικότες ἂν εἴητε, καὶ δεῖ συνυποκεῖσθαι τοῖς ἀποβαίνουσι τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος. Pro συνυποκεῖσθαι quod vix intelligi potest, reponas συναπολεῖσθαι e codice 963.

(4) Ald. VG, χ. τε καὶ ἀεννάων. Comm., [τε]. A sine καί.

(5) A, ἀπηκριβωμένον εἰργάσατο. Kimedoncius male vertit editam lectionem : « quid igitur est quod aurum ita absconditum ab ho- « minibus natura reposuit »? Est ἀπηκριβωμένον « parce ac tenuiter « dispensatum et dispertitum ». Vel potuerit capi pro adverbio ἀπηκριβωμένως, « parce, tenuiter, summa cum diligentia ne sit prodigalitatis aliquid ». Apud antiquiores quoque ἀκριβής, ἀκρίβεια, parcum et parcitatem significant. Græci hodie dicunt ἀκριβὸς pro φειδωλῷ. Vide Menag. Amœn. jur. c. 33, p. 128; Coray. ad Isocr. p. 16, et in Atactis t. 1, p. 26.

(6) Eadem periphrasi homines significantur initio Epist. 36. Noster Hist. p. 2, C : τῶν ὑπὸ σελήνην πλεονεκτημάτων ἀντέχεται. Rursus 2, 6, p. 39 : τὴν (imo τὸν) ὑπὸ σελήνην τοῦτον κόσμον ὑπεξερχόμενον.

Euripides Hipp. 849, periphrasi magnifica : ἔλιπες ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν, ἀρίστα θ', ὁπόσας ἐφορᾷ φέγγος ἀελίου τε καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα.

(7) Commel., μέγ. τοῖς ἀ. φοιτῶσι κακά. — Timocreon Plutum alloquens : διὰ σὲ γὰρ Πάντ' ἐν ἀνθρώποις κάκ' ἐστί. Ibi Jacobs. similia composuit, non neglecto Theophylacto. Manasses, post Nicetam Eug. p. 365, de auro : Οὗτος διδάσκει τὰ κακὰ... Οὗτος θνητοὺς ἐδίδαξεν πᾶσαν κακοβουλίαν Καὶ σύμπασαν δυσσέβειαν καὶ μοχθηροτροπίαν. Meminerat Sophoclis Antig. 300 : Πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι : ubi nonnihil notavi.

(8) A, πεποίηκας. Epist. 77 : τὴν συμφορὰν ἐπεποίηντο παίγνιον. Epist. 32 : κοίτην τὸν ἀγρὸν πεποίηται τὸν ἡμέτερον. Cf. Epist. 64. Plutarchus Timol. 2 : τῆς στρατηγίας ὑπόθεσιν τὴν τυραννίδα πεποιημένος. Synesius Ep. 137 : τοῦτ' αὐτὸ τῶν πολλῶν καὶ θαυμαστῶν λόγων σοφιστὴς ὑπόθεσιν ἐπεποίητο. Scribendum ὁ σοφ. e quatuor quos inspexi codicibus. Psellus Encomio pulicis inedito, editionis futuræ p. 79 : οὐ τοίνυν σοφιστικόν τι πρᾶγμα ποιοῦμεν εὐφημίας ὑπόθεσιν τὴν ψύλλαν ποιούμενοι. Aristophanes Ran. 523 : οὔ τί που σπουδὴν ποιεῖς Ὁτιή σε παίζων Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα. Malim scribi, quod exhibet codex Venetus, ποιεῖ, vel etiam ποεῖ. Talis scriptura in Aristophane præsertim optima est, eamque ipsi olim sæpe restitui. Sed, quum mea criticastri plerumque circa infimos auctorum operose satagentis in Aristophane emendando minima sit et esse debeat auctoritas, virum nostræ artis principem Porsonum testem citabo. Burgesius enim, memorata, ad Philoct. 120, codicis lectione πoήσω pro ποιήσω, « a form », inquit, « that Porson wished to restore « in Aristophanes, wherever the metre admitted it ». Mentione facta Burgesii, viri in paucis acutissimi, dicam quod pridem dicere cupio, ac peccatum quoddam meum, præter voluntatem quidem admissum, peccatum tamen corrigam. Quum legeretur vulgo in Trachiniis 613, Καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμ', ὃ κεῖνος εὐμαθὲς Σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἔπ' ὄμμα θήσεται, edidi ex nitida ac præclara quam Dobræo tribui emendatione, faventeque antiquo scholiaste : Καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμ' ὃ κεῖνος, ὄμμα θεὶς Σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἔπ', εὖ μαθήσεται. Dobræus ipse, quum domi apud me de hoc Sophoclis loco sermones consereremus, sic emendandum esse aiebat; quumque ob anglicam nec bonam qua utebatur græcorum pronunciatione, non statim ejus mentem arriperem, sumto penicillo versus correctos

chartulæ mandavit fideli. Fuit Dobræus homo optimus, amabilis, minime vanus, arrogantia vacuus, ac conjecturarum feracissimus; sed ipsi inscio, quod sæpe evenit, memoriola illudebat, et se credidit ingenio reperisse quod legerat. Nam Burgesius jam a. 1813 in Classico Valpyi Diario t. 8, p. 398, ipsissimis hisce verbis Sophoclea refinxerat. Ceterum recentissimi, quod me monet amicus, Trachiniarum editores nec Dobræum nec Burgesium noverunt, et vetus usque « mumpsimus » inculcant.

(9) A, αἰτίους. Ald.VG, περιφάνεις ἡλίου. Comm., [τοῦ]. Cf. n. 7 ad Ep. 24. A, qui habet τοῦ, statim habet ἐλάμψεις, manifesto vitio pro ἐλλάμψεις. Solent enim librarii literas male duplices, male simplices ponere. Vide exempla p. 177, n. 6; p. 205, n. 5; p. 216, n. 15; Epist. 69, n. 1; etc. In H. Stephani Thesauro sub Ἀϐλεψία hic locus fuit allatus cum scriptura ἐκείνῃ, syntaxi omnino dativum respuente. Vertam : « cæcitatis enim causam esse credit « splendidiores solis fulgores ».

(10) A, ἀνθρώπινον. Est Epist. 13, ἀνθρωπείων, Epist. 25, ἀνθρωπείαν, sine varietate. Sed et sine varietate ἀνθρώπινον Epist. 55.

(11) A, ἐντ. γ. τῷ β. καὶ τέχναι. — Notus Theocriti versus : Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Choricius Villoisoni Anecd. p. 50 : πενία μὲν εἰς ἔργα κινεῖ ... Stobæus tit. 97, 22 : ἡ γὰρ πενία καὶ πρὸς τὰς τέχνας δεινοτέρους καὶ πρὸς τὸν βίον τεχνικωτέρους τοὺς ἀνθρώπους καθίστησι. Multa in hanc sententiam vide apud Pric. ad Apul. Apol. p. 51; Petronii interprr. ad c. 135; Catan. ad Plin. 7, Ep. 22; Matth. ad Eurip. Polyidi fragm. 10. Adde n. 14, p. 235.

(12) A, εὐμέρεια. Synesius Epist. 57, p. 193, D : ἐμοὶ παιδόθεν παρέστη θεῖον ἀγαθὸν εἶναι σχολὴ καὶ τοῦ ζῆν εὐμάρεια· ibi glossator in codice 1039 : ἔδοξεν ... ἀποχὴ παντὸς βιωτικοῦ καὶ τῆς ζωῆς εὐμ. Rursus p. 194, C : μετὰ τοιαύτης εὐμαρείας εἵλκυσα τοὺς ἐνιαυτοὺς τοὺς μέχρι τῆς ἱερωσύνης αἱρέσεως.

(13) Dixit τὸ περίγειον τουτὶ ἐνδιαίτημα Quæst. Phys. p. 24, 19; τὸ περίγειον τουτὶ χωρίον, pag. 11, 2; conf. pag. 14, 16, et Epist. 79. Dixit etiam Hist. p. 2, C : οὐκ ἐθέλει γὰρ οὐδὲ τὸν περίγειον κόσμον μένειν ἀκόσμητον. Psellus in Orac. p. 57 : μηδὲ αὐτὸ τὸ σῶμα ... ὅπερ σκύϐαλον ἐστὶ τῆς ὕλης, τουτέστι πράγματι (imo πρᾶγμά τι, ut legi

in duobus codd.) ἀπεῤῥιμμένον καὶ καταπεφρονημένον καὶ ὕλης παίγνιον, εἰς τὸν περίγειον καταλείπης (cod. 1182, καταλείψης· malim, καταλίπης) κόσμον. Adde Psell. pp. 58, 70, et quæ notavi ad Anecd. t. 2, p. 328; t. 3, p. 25, n. 7. Joannes Vita Joannis Damasceni p. 230 : παρ' ὧν κεκόσμηται τὸ περίγειον. Rursus p. 246 : ἐπείγετο (imo ἠπείγετο) κύκλῳ διαλαβεῖν τὸ περίγειον, εἰ καὶ μὴ τῷ ποδὶ, ἀλλὰ, δι' ἐπιστολῶν, τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι. Est περίγειον pro campo in Historia Ducæ p. 35, C: τὰ δύο κέρατα, τὸ μὲν ἐκ δεξιῶν, τὸ δὲ ἐξ εὐωνύμων ἤρξαντο κυκλεῖν τὸ περίγειον. Jusserat enim imperator χωρίον περικυκλωθῆναι· καὶ τὸ μὲν δεξιὸν κέρας κυκλοφορικῶς ἀγέσθω, ὁμοίως καὶ τὸ ἀριστερόν· quibus verbis addidi κέρας e codice, male omissum a Bullialdo.

(14) Origenes contra Cels. 4, p. 214 : πανταχοῦ τὴν ἀνθρωπίνην σύνεσιν γυμνάζεσθαι βουλόμενος ὁ θεὸς, ἵνα μὴ μένῃ ἀργὴ καὶ ἀνεπινόητος τῶν τεχνῶν, πεποίηκε τὸν ἄνθρωπον ἐπιδεῆ, ἵνα δι' αὐτὸ τὸ ἐπιδεὲς αὐτοῦ ἀναγκασθῇ εὑρεῖν τέχνας, τινὰς μὲν διὰ τὴν τροφὴν, ἄλλας δὲ διὰ τὴν σκέπην.

(15) Vide ἀροτῆρα βοῦν et Epist. 35.

(16) Προσφόροις vertit Kimedoncius « juridicis ». Si vox est illa sana, mihi erunt προσφόροις ab τὰ πρόσφορα, « vitæ commodis ».

(17) A, τὸ ὑποκείμενον. Sæpe τὸ ὑπήκοον est in Nostri Historia, v. c. 1, 1, p. 9, C : τῆς ἐσομένης εἰς τὸ ὑπήκοον εὐνοίας. Cf. 1, 2; 1, 12; 3, 16; infra Epist. 22.

(18) Comm., πεπίστ. βασαν. ἔφεσις καὶ ψ. — Ad metaphoricum τὰς ἡνίας cf. τὰς ἡνίας τοῦ πρέποντος p. 165. Georgius Lapitha v. 601 : Καὶ τοῦτον ἔχειν τῆς ψυχῆς προσήκει τὰς ἡνίας. Gregorius Naz. in Anth. Pal. 8, 10 : Βένθε' ἅπαντ' ἐδάης τὰ πνεύματος, ὅσσα τ' ἔασσιν Τῆς χθονίης σοφίης· ἔμπνοον ἱρὸν ἔης· Ὀκταέτης λαοῖο θεόφρονος ἡνία τείνας, Τοῦτο μόνον τῶν σῶν, ὦ Βασίλει', ὀλίγον. Quo in epigrammate memorabo bonas lectiones codicis 993, p. 141, 1, βένθεα πάντ' ... ἔασι· colon bene positum post σοφίης· et plene apteque separatum posterius distichon a priore, ut duo sint epigrammata. Quæ prostat conjectura viri doct., τοῦτο μόγων τῶν σῶν, prorsus est inutilis. Ad τῶν σῶν subaudi ἔργων, vel aliud nomen, κατορθωμάτων, si libuerit, ut est in paraphrasi Nicetæ Paphlagonis, quam ex eodem codice depromam : ἐν ὀκτὼ μόνοις ἔτεσι τοῦ θεόφρονος λαοῦ καὶ πιστοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας τὰς ἡνίας

καὶ τοὺς οἴακας ἰθύνας, τοῦτο μόνον, ὦ Βασίλειε, τῶν σῶν κατορθωμάτων ἢ ὑψωμάτων ὀλίγον, ἡ ὀλιγότης τῆς ἀρχῆς. Hujus Nicetæ paraphrasim epigrammatis octavi ante oculos habuit vel Billyus vel Morellius, quum in primo primi versus pede, pro malo dactylo ὦ μῦθοι, scripsit ὦ λόγοι. Nam sic Nicetas quem conferant Anthologiæ diligentiores lectores cum ipso epigrammate: ὦ λόγοι, οἷς ἄμφω συνεζήσαμεν· ὦ κοινὸς φίλος οἶκος, ἐν ᾧ πρῶτον συνῳκοῦμεν· ὦ προσφιλεῖς Ἀθῆναι, αἷς συνδιετρίψαμεν· ὦ τοῦ κατὰ θεὸν βίου συνθῆκαι πόῤῥωθεν ἡμῖν ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας συντεθεῖσαι· γινώσκετε τοῦτο, ὅτι Βασίλειος μὲν ὡς ἐπόθει εἰς τὸν οὐρανὸν μετέστη, Γρηγόριος δὲ ἐπὶ γῆς σιωπῶν μένει. Insuper ad illud Gregoriani epigrammatis initium, Ὦ μῦθοι, ὦ ξυνὸς φιλίης δόμος, ὦ φίλ' Ἀθῆναι..., conferenda Basilii verba quæ in Heyleri Julianeis p. 224 legi: ὦ Μοῦσαι καὶ λόγοι καὶ Ἀθῆναι, οἷα τοῖς ἐρασταῖς δωρεῖσθε!

(19) Rheno videlicet. Multi multa ea de re dixerunt. Epigramma in Anal. t. 3, p. 150 = Anth. Plan. 1, c. 43, p. 92: Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ Τέκνα ταλαντεύουσι... Vide ibi, post Brodæum qui loci Theophylactei meminit, Jacobsium. Theodorus Hyrtacenus Epist. 25 orationem mittit amico cuidam docto legendam, τῷ διαγνώμονι Ῥήνῳ τῶν τε γνησίων καὶ νόθων λόγων. Rursus Epist. 37: γένοιό μοι τοῦ Κελτικοῦ Ῥήνου δικαστὴς ἀῤῥεπέστερος. Cf. et Epist. 52. Cf. et Eumathius Hysm. 8, p. 286, ubi Gaulm. p. 37, et Bassus in versione gallica p. 303. Libanius Orat. in Julianum t. 1, p. 381: διαβὰς Ῥῆνον ποταμὸν, ὕδωρ ἐλέγχον ἐκ τῶν γεννωμένων ἀδικίαν μητέρων. Adde Heyler. ad Jul. Epist. 16, p. 228; Walz. ad Arsen. p. 287; Barker. Class. Recreat. p. 307; Bartholin. De puerp. p. 63; Ameilh. in Memor. Acad. Inscr. t. 37, p. 565; interprr. ad Claudian. in Ruf. 2, 112.

Epist. ια'.

(*) Ald. VG, Καλλίσταχος. Præferenda lectio codicis A. Facilis fuit confusio literarum υ et ο. Timasion coquus in Philippi epigrammate Anth. Pal. 6, 101, Vulcano dicat Πυριτρόφους τε ῥιπίδας * πυρηνέμους. Asteriscum ominosum deleo, ac scribo πορηνέμους, « qui ventum ministrant ». Quum notulas notulis adsuere amem et in eum inciderim redemtorem, raram avem in philologicis terris, cui spissus placeat commentarius, monebo de delendo simili asterisco, qui versui Vespæ eique sanissimo quasi nævus insidet:

« Scribere majus opus et dulcia carmina quæro : Nec mel erit « solum *; aliquid quoque juris habebit ». Quæ prostant conjecturæ prorsus sunt inutiles, quod miror non intellexisse Wernsdorfium. Hilarius De Maccabæorum matre v. 381, in eodem vocabulo et eodem versus loco hiatum admisit : « Respicit, et solum « ut se videt esse relictum ». Ibi Beckius conjecturam quæ ipsi subnascebatur docte repressit; cui, inquit, « obstat libertas vel « optimorum poetarum in hac versus sede, de qua plures dixerunt ». Qui quidem hiatus adeo apertus est relinquendus, ut, quum scripserit Lotichius Ecl. 1, 104 « Illum etiam silvæ, illum etiam fle« vistis arenæ », præstare legi « Illum etiam silvæ, etiam fle« vistis arenæ » moneat Burmannus criticus bonus ac bonus poeta, videlicet ad imitationem Virgilii Ecl. 10, 13. Neque tantum hac versus sede hiatum tolerarunt veteres, aut brevem (« omnia vincit « Amor, et... Litora jactetur odiis ... »); sed omnino post literam M elisionem negligi sinebant. Vide Broekhus. ad Tibullianum, « Et « tantum venerata virum hunc sedula curet », 1, 5, 33; et ad 4, 1, 64. — Redeo ad rem, seu potius ad verba Theophylacti. A, κυπαρισσῶνι. Editi melius, Κυπαρίσσωνι. Sic distinguetur apte proprium nomen. Vide Bast. ad Gregor. p. 884. Ipse librarius accuratius infra scripsit κυπαρίσσων. — Epistola non est in B.

(1) Dixit τὴν φύσιν τῶν ἀκάρπων δένδρων pro τὰ ἄκαρπα δένδρα, ut statim ἡ πυρὸς παμφάγου φύσις pro τὸ παμφάγον πῦρ. Sæpe φύσις sic periphrasi inservit, quam tractant Creuzer. ad Plotin. De pulcr. p. 139; Jacobs. ad Anth. Pal. 1, 32, ubi ἀνιάζουσα πόνων φύσις idem est atque ἀνιάζοντες πόνοι, et ad 11, 354, 13, ubi pro ψυχὴ Agathias dixit ψυχῆς φύσις. Theodorus Prodr. Rhod. 4, p. 161 : Καὶ τὴν φλέγουσαν τοῦ πυρὸς ψύχεις φύσιν. Idem 6, p. 258 : Ὡς ζηλότυπος ἡ φύσις τῶν ἀνέμων. Et alibi. Simocatta Hist. 7, 16 · τὰ δὲ λοιπὰ μέλη τοῦ σώματος ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ἀπέκρυπτεν ... τὰ δὲ ἐγκόλπια τοῦ γυναίου ἀνιστόρητα ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ἐφύλαττε. Quo referas et verba Epistolæ 8 : τὸ δ' ἡμέτερον (γήδιον) καὶ φύσιν ἠγνόησεν ὕδατος. Attamen in hoc ultimo loco nomen φύσις aliquid vis habet. Psellus, poemate medico in meis Anecd. t. 1, illo circuitu sæpe fuit usus. Ibi reperies v. 92, φύσις ἰντύβων, 130, βολβοῦ φύσις, 184, γαστέρος φύσις : cf. et 198, 200, 220, 825, 846, 879, 951, 1190.

(2) A, σιμμιχήδας et infra συμμιχίδα. Recta est edita lectio. No-

tum est ex Theocrito Σιμιχίδου nomen, quo apte usus est auctor in epistola rustica.

(3) V, τοιαύτην καί· qui et Epistola præcedente extrema, pro νόθου γάρ, habet νόθου καὶ, scilicet male intellecto compendio copulæ. Sic Epist. 15 extr. ἐρωτικὸν καὶ scripsit pro ἐρωτ. γάρ.

(4) Cf. Q. Phys. supra p. 7, 2.

(5) Editi, ἀγροῦ γείτονος. A, ἀγρογείτονος, quod jam commendaveram ad Greg. Cor. p. 287. Lex Solonis de finibus regundis ap. Labbæum Observ. et Emend. p. 186 : εἰ δέ τις ἐν ἀγρῷ βούλοιτο κτίσαι, τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγρογείτονος ἀπεχέτω. Divisim Alciphro 1, 26 : παρά τινα ἄλλον τῶν κατ' ἀγρὸν γειτόνων. Noster Hist. 1, 4 : ἑτέρας ἄστει γείτονας πόλεις λῃΐζεται. Fere crediderim similem sonum vocalium υ et ει divisionem peperisse, ac scripsisse ipsum ἀστυγείτονας· Cf. n. 4 ad Epist. 23.

(6) Editi, ἀπώλεσεν. A, διώλεσεν.

(7) De διφθέρᾳ καὶ δικέλλῃ monui ad Gregor. l. l. Casaubonus, ad Theophr. 4, 4, ubi de διφθέρᾳ egit, Theophylacto usus est. Lucianus Herc. 1 : ἔχει ὅμως τὴν σκευὴν τοῦ Ἡρακλέους· καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ λεόντος. Codex 3010, melius, τὴν σκευὴν τὴν Ἡρ., ni fuerit duplex articulus, τὴν τοῦ Ἡρ. Potest addi Bynæus De calc. p. 15.

(8) Sic Epist. 43 : οὐκ ἂν δικαστήριον αὐτῷ συγκροτήσαιμεν. Cf. et Epist. 17. Noster Hist. 1, c. 11, p. 23, D : τῇ ὑστεραίᾳ δικαστήριον συγκροτεῖται. Dixit συγκροτεῖν βίαν Theodorus Prodr. Rhod. 2, p. 74 ; 3, p. 121. — Neque omittam, forsan diligentior, nomen ῥήτωρ pro advocato ex hoc loco et Achille Tat. 7, 7, excitasse Bernard. Præf. ad Nonn. p. 9.

(9) Lis inter vicinos propter alterius apes argumentum est Declamationis inter Quintilianeas 13. Cf. et Epist. 23.

(10) Ald.V, πόροις. Comm. A, πόνοις. Eadem synchysi literarum

ν et ρ, μόνον pro μόρον irrepsit typothetæ, puto, negligentia in Gregorii Naz. loco t. 2, p. 32, de piscibus hamum vorantibus : Οἳ ζωὴν ποθέοντες ἐνὶ σπλάγχνοισιν ὄλεθρον Εἴρυσαν ἀπροϊδῆ, σφέτερον μόνον (imo μόρον) ἀμφιχανόντες· id est, verbis glossatoris in codice 993, ἴδιον θάνατον καταπιόντες.

Epist. ιβ'.

(*) Epistola non est in B. Comm. VA, Πραξιμίλλη. Matrit., Πραξιμέλλη. Inde mutavi Kimedoncianum « Praximillæ ». Ald. G, Πραξιμίλλι. Id natum est ex permutatis vocalibus η et ι, quarum sonus est idem. Inde emendetur Gregorius Naz. sic editus t. 2, p. 31, C : Χριστὲ ... Ὅς ποθ' ὅλην ζείουσαν ὑπεὶρ ἅλα πεζὸς ὁδεύσας, Κύματα καὶ ἀνέμων μένος ηὔνασας, ὥς κε μαθητὰς Ἐκ πελάγους ἐρύσειας ὀρινομένους ὑπ' ἀΐταις. Reponendum e codice 993, p. 7, 2, ὀρινομένου ὑπ' ἀήταις : scilicet, ut est in scholio, ταρασσομένου ὑπὸ τῶν ἀνέμων.

(1) Et in Alciphronis Epistola 3, 5, mentio fit Aedonii meretricis, quæ habitabat μικρὸν ἄποθεν τοῦ Λεωκορίου, monumenti scilicet filiarum Lei, quod Athenis situm fuit in Ceramico. Vide ibi Wagner. Adde Photii Lexicon, et quæ ipse notavi ad Anecd. t. 2, p. 266, 267. Lei etiam meminit Æneas Gaz. Theophr. sub finem, sed ineditus. Sic enim fuit editus p. 83 : χαριστήρια τῷ θεῷ θύσωμεν, οὐχ ἑκατόμβην ὡς παρὰ Ἀθηναίοις τῇ Ἀθηνᾷ, οὐδὲ μύρμηκα, ὥσπερ ἐν Ἰσθμῷ Πλίῳ καὶ Ποσειδῶνι· ἀλλὰ τὸν νοῦν ἐκκαθαίροντες. Plenior autem codex 1058 sic locum exhibet : ... Ποσειδῶνι, οὐδὲ τὸν υἱὸν, καθάπερ ὁ Κρέων Μενοικέα, οὐδὲ τὴν παῖδα, καθάπερ ὁ Λεὼς τὴν Πραξιθέαν, οὐδ' ὅλως ἄνθρωπον, ὥσπερ ἐν Ἀρκαδίᾳ τῷ Κρόνῳ· ἀλλὰ τόν ...

(2) A, καὶ τ. π. καί. Visa est oratio per asyndetum plus habere vis.

(3) A, βασανίζειν ἔθη. Cf. ad Epist. 13, n. 2.

(4) A, γίνου. Eadem varietas Epist. 25. Est sine varietate γίνου Epist. 49. Æschylus Suppl. 423 : γενοῦ ... πρόξενος. Aristophanes N. 106 : τούτων γενοῦ μοι. Ibid. 1468 : Καί μοι γενοῦ ξύμβουλος. Idem Ran. 497 : Σὺ μὲν γενοῦ 'γώ. Lucianus Amor. 4. Auctor Epistolici characteris p. 6 : ζηλωτὴς ἀεὶ, βέλτιστε, γίνου τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν.

Codex 1630, γίνου. Ac puto, ob pravum accentum, γένου esse typorum sphalma, pro γίνου, non pro γενοῦ. Vide Locell. ad Xen. Ephes. 3, 5, p. 225. — Infra A, ἕνεκεν pro ἕνεκα. Auctor Epistol. char. p. 8 : πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἕνεκα χάριν γινώσκω τῇ σῇ καλοκαγαθίᾳ, μάλιστα δὲ τοῦ τοῦδε πράγματος, ἐφ' ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων ὑπὲρ ἁπάντων ὠφέλησας πλέον. Codex 1630, ἕνεκεν, ac bene insuper τοῦδε τοῦ πρ. et με pro μετά.

(5) A, ἀφορμῆ. Sæpius e literarum transpositione menda oriuntur. Alciphro 1, 29, 22 : δεήσει με ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὑπὸ Χρέμητός τινος ἢ Διφίλου λοιδορεῖσθαι. Codex 2832 pro Διφίλου habet φιδύλου, optime modo Φειδύλου emendate scribatur. Natum est nomen Διφίλου e literis forte transpositis. Non contentus reperto Φειδύλου in codice Vindobonensi, Wagner. male tentavit Φειδώλου vel Φείδωνος. Psellus in meis Anecd. t. 3, p. 217, 5 : Δυσβάρκωνος, ὁ δύσληπτος. Codex 1182, δυσβάρκανος· forsan transpositione facta legendum δυσκάρβανος. Notum κάρβανος ex Æschylo pro barbaro. Erit δυσκάρβανος qui male et barbare loquitur, ita ut vix queat intelligi ejus sermo. Ibidem v. 315 : εὔτυχον, ὑδαρῶδες. Apte transpositis literis scriptum est εὔχυτον in codice eodem.

(6) Cf. ad Epist. 1, n. 5.

(7) Editi, καὶ κόραξ. A, φαν. κόραξ. V. Comm., ταῖς ... ὄρνισιν. Sic Epist. 34, A, ταῖς ὄρνισιν ... αἱ ὄρνιθες. De sententia vide Junium Adag. 8, 83. Adscripsit librarius ὡραῖον. Foret, puto, locus ὡραιότερος, si μὴ abesset. Sed Simocattæ ea fuit opinio, quam nunc paucis probabit, esse τὸν κολοιὸν avem formosam. Tzetz. Chil. 8, 514 : ὁ κολοιὸς δ' ὑπάρχει καθ' Ὅμηρον καὶ Ἄρατον, Βαβρίαν καὶ τοὺς ἄλλους, Ἡ μικροτέρα κορωνὶς ἡ παρ' ὀπαῖς ὀρόφων· Σιμόκατος καὶ ἕτεροι σὺν τούτῳ φασὶ πάλιν Ὄρνιν πανευπρεπέστατον τὸν κολοιὸν ὑπάρχειν. Esse κολοιὸν corniculam bene monet, de quo et ipse monui ad Herod. Epim. p. 70. Cf. Harduin. ad Plin. H. N. 11, 35; Munck. ad Anton. Liber. 19; Menagiana t. 3, p. 403.

Epist. ιγ'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Conf. ad Epist. 7, n. 12.

(2) Addidi ἔθη ex A. Forsan ἤθη. Permutationem nominum ἔθη et ἤθη jam vidimus Epist. 12, n. 3; eamque olim tractavi ad Phil. Her. p. 431, et nuper ad Psellum. Philostratus V. A. 1, 2, extr.: ἐπέστελλε δὲ βασιλεῦσι, σοφισταῖς, ... ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθνῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ νόμων. Valde probo codicis 1696 optimi lectionem: ... θεῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ ἐθῶν, ὑπὲρ νόμων. Idem 1, 7, p. 8: ὁ δὲ τῆς πόλεως ἦθος ἄτοπόν τε ἡγεῖτο καὶ οὐ χρηστὸν ἐμφιλοσοφῆσαι. Idem codex, ἔθος, non bene minus. Ad Eunapium p. 439 Theophylacti loco usus, proposui scribendum σοφοῦ pro σοφιστοῦ, ac conjecturæ quidem favet frequens nominum permutatio, sed id obstat quod sit minus necessaria.

(3) Comm., κατηνάλωσας. Etsi id non spreverim, quod plus habet auctoritatis præferendum mihi fuit.

(4) Omissum πέρας in A fuit serius additum inter lineas a correctore. Valde simile nomen κέρας excidit ex Ducæ historia p. 35, B, negligentia librarii recentioris Bullialdi, qui calami incuriam exquisita redimebat doctrina: τὸ μὲν δεξιὸν κυκλωφορικῶς ἀγέσθω, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀρίστερον. Codex: τὸ μ. δ. κέρας κυκλοφ... ἀριστερόν. — Oblitus eram notæ 13, p. 235.

(5) A, θέλεις. Sic variatur Epist. 42. Cf. ad Epist. 56, n. 5. Philostratus V. A. 1, 21, p. 27: ὅ τι θέλοις· codex 1696, ἐθέλοις. In Antigona notabo obiter v. 404, Καὶ νῦν, ἄναξ, τήνδ' αὐτὸς, ὡς θέλεις, λαβὼν Καὶ κρῖνε, codicem 2886 habere, ὡς ἐθέλεις, codicem 2884, αὐτὸς ἐθέλεις. Talis diligentia summo poetæ debetur. Lucianus D. Mer. 11, p. 248: λυπῆσαι καὶ αὐτὸς θέλων αὐτὴν, σὲ παρείληφα: codex 2956 ἐθέλων, quod poterit recipi.

(6) Verbum non valde frequens, quod habuit Ep. 9, quod redibit Epist. 18. Eo usus est Æschines Epist. 5: ἀφίκοιο παρ' ἡμᾶς ποτε, καὶ παρασχὼν σεαυτὸν ἡμῖν ἰδεῖν, ἐπανήκοις πάλιν. Pro ἐπανήκοις reperi ἐπανίοις in cod. Mazarineo A 87. Eumathius Hysm. 11, p. 441: εἰς τὴν ἐμὴν ἐπανῆκον Εὐρύκωμιν. Crates Epistolarum a me editarum 23ma extrema: εἰ δὲ ὁ Σωκράτους καὶ Διογένους ἀρέσκει βίος, τὰ τῶν τραγῳδῶν ἄλλοις παρεὶς, σαυτὸν ἐπάνηκε ἐπὶ τὸν ἐκείνων ζῆλον.

Pronomen σαυτὸν syntaxim impedit. Adde Nostrum Hist. 1, c. 5.

(7) Editi, ἀγαθὸν κἂν ἐς γῆρας σοφ. A exhibet quod exhibeo, consentiente Monacense ap. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 580. Facilior foret oratio, scripto ὅτῳ ἂν καὶ ἐν γηρᾷ. Respicit auctor Platonis verba Legg. 2 init.: φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαιοῦν, εὐτυχὲς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Quæ Platonis verba fecit latina Cicero De fin. 5, 21: « præclare enim Plato: beatum cui etiam in « senectute contigerit ut sapientiam verasque opiniones assequi « possit ». Casaubonus, videndus ad Pers. 4, 4, adfert et ex Gregorii Naz. Apologetico [Orat. 1, p. 20, D]: ἀγαπητὸν γὰρ ὅτῳ κἂν εἰς βαθὺ γῆρας λόγος ἀφίκοιτο πολιός.

(8) Editi, γενόμενος. A, γινόμενος.

Epist. ιδ'.

(*) A, δαμαρω. Vide ad Epist. 8, n. 1. Ald.VG, Δαμάλλῳ. Comm. et Matr., Δαμάλῳ. Non est Epistola in B.

(1) Conf. n. 5, ad Epist. 51; 4, ad Ep. 52.

(2) Editi, πληρώσας. Comm., τὸ [γὰρ] κισσ. Cf. similia Epist. 29. Est κισσύβιον et Epist. 47.

(3) Longus 2, 31: ἐκ φυλλάδος στιβάδας ὑποστορέσας, ἐντεῦθεν ἐν τροφῇ ἦν καὶ ποτῷ καὶ παιδιᾷ. Gregorius Naz. Or. 1, p. 5, D: τὰ πολλὰ δὲ αὐτῷ δρῦς καὶ σκιὰ καὶ δόνακες, καὶ ἐν καλῷ τῆς πόας κατακλιθῆναι καὶ παρὰ ψυχρὸν ὕδωρ, καὶ ὑπὸ ταῖς αὔραις σχεδιάσαι στιβάδα, καί πού τι καὶ ἐρωτικὸν ᾆσαι μετὰ κισσυβίου.

(4) Genevensis versio: « quasi cœnalem cantionem animi lætitiam præfert ». Kimedoncius, cujus vide latina, legebatne τῇ εὐθυμίᾳ προσβάλλεται? Conferantur quæ Noster dixit p. 27, 5: φιλοτίμως με λίαν εἰστιάσω, ἐπιδείπνιόν τί μοι τῇ θεωρίᾳ μελιττουργίαν ἀττικὴν διηγούμενος.

(5) Ald.VG, τὰ δὲ θρέμματα. Comm., τὰ [δὲ] θρ. A, τὰ θρ. δὲ ... ἐφόδιον.

(6) Ad ὄνθους scholium in A, τοὺς κόπρους. Cf. Epist. 74, n. 2. In Etymologico Gudiano corrupte legitur, ἀαδεὴ, υἵεια ὄρθρος. Conjecit vir d., ἀαδένη, ὑεία κόπρος. Facilius ac verius ὄρθρος mutaretur in ὄνθος. — A, εὐώνους.

(7) Kimedoncius absurde : « absorpto heri vino luculento ». Est nomen Τρυγίας simile Τρυγαίῳ in Aristophanis Pace. Persistens in errore interpres græca quæ sequuntur, ὁ δὲ Τρυγίας ἐκεχήνει, sic latina fecit : « fæcatum vero est exhaustum ».

(8) Locustis vesci apud veteres tenuioris sortis homines nemo nunc ignorat. Fuerunt et populi ab eo alimento dicti ἀκριδοφάγοι. Loca quærenti dabunt Elsner. Observ. t. 1, p. 9 ; Bos Exercit. p. 6 ; Cellar. Diss. de Joanne Bapt. § 3 ; Spanheim. ad Arist. Nub. 1363. Vide et Marvill. Misc. t. 3, p. 73 ; Bibl. Anglic. t. 13, p. 425 ; Bibl. Univers. t. 21, p. 24 ; Bibl. Ratiocin. t. 37, p. 464 ; Cuvier. ad Plin. H. N. 7, 2, 22. Exstat et Scheuchzeri Dissert. de locustis quas Moses Judæis edendas permisit, in qua multa utilia cognitu reperiri opinor.

(9) Editi, τὰ πλεῖστα : quod, etsi possit defendi ac placere (vide p. 195, n. 2), postposui scripturæ codicis A. Mox A sine ᾔτει.

(10) Displicet nomen ὁ Κλεινίας in epistola rustica. Forsan, ὁ κλεινὸς νεανίας. Infra, pro οἴκοι, A, οἴκαδε.

Epist. ιε'.

(*) A, ἠταλάντη κορίνη. Matr., ἀτ. κορίνῃ· et mox, τεθέαμαι, Κορίνη. Epistola non est in B.

(1) Quintilianus Declam. 13, 6 : « quis *figurare* possit, quis *dicere* quas multas mali formas, quam varia leti genera fecerint « tot mortes » ?

(2) In Cantico 2, 9 : ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων. Lucretius 4, 1154 : « nervosa et lignea, δορκάς » De dorcade monui in Notit. Mann. t. 11, 2, p. 125. Basilius inter Monum. Cotel. t. 1, p. 30 : ἡ δορκὰς ζῶόν ἐστιν ὀξυδερκὲς, ἐπώνυμον τῇ ἑαυτοῦ

ὀξυδορκίᾳ. Anastasius Hodego p. 46 : δορκὰς ἐκ τοῦ ὀξέως δέρκειν καὶ ὁρᾷν. Vide Brios. Epist. p. 263.

(3) Editi, τῇ ὑγρότητι. A sine τῇ. Ald.VG, χροιὰ τοῦ σ. Comm., χρ. [ἡ] τοῦ σ. A, ἡ. Fit via ad Georgium Acropol. Hist. p. 56, D : τοῖς μὲν κατὰ συστάδην πολέμοις οὐκ ἔχαιρε, ἀλλοπρόσαλλον τοῦ ἄρεως δειλιῶν. Codex 3041 cum articulo, τὸ ἀλλ.

(4) Heliodorus 3, 4 : ἡ μὲν πολλὴ καὶ ὑπαυχένιος (κόμη) ὤμοις τε καὶ νώτοις ἐπεκύμαινε. Tryphiodorus 68 : Ἡ δ' ἐπικυμαίνουσα μετήορος αὐχένι κυρτῷ (θρίξ). Himerius Orat. 10, 5 : πλόκαμοι δὲ ἑκατέρωθεν κατὰ τοῦ αὐχένος καθέρποντες τοῖς θείοις στέρνοις ἐπικυμαίνουσι. Quem conf. et Orat. 1, 4. Rursus Noster id verbi habet Ep. 54, ubi not. 2. Quum sit in Philostrati V. S. 2, 33, 2, scriptum, τὸν ἑαυτοῦ λόγον τέως ὑπομενοῦντα πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐκείνου ἐκόλασεν, proposuit Tupius, Emend. t. 1, p. 132 et Epist. De Syrac. v. 90, ὑποκυμαίνοντα, valde probabiliter. Propius tamen legi proponam ὑποβαίνοντα, permutatis de more μ et β, αι et ε. Erit λόγος ὑποβαίνων, oratio humilior. Sed jam minus fere quadrant sequentia, πρὸς ἀκρίβειαν ἐκόλασε. Forsan etiam, ὑπομαινόμενον. Kaysero, qui ὕπτιον μένοντα conjecit, meum ὑποβαίνοντα non displicebit.

(5) A, ὥραν. Editi, θάλασσαν. H. Stephanus, in Thesauro sub Κυανίζω, hoc loco usus, habet θάλατταν, quod est in A. Cf. ad Epist. 4, n. 3.

(6) A, κατέρυθρον. Ald.VG, ἀπρέπειαν. A Comm., εὐπρέπειαν. Sic variatur Epist. 34. Sæpe α et ευ sunt confusa. Ἀξίθεος, persona dialogi Æneæ Gazæi, mutetur in Εὐξίθεος ex auctoritate codicum quos vidi. Uxori Joannis Palæologi ὄψις fuit, Ducas ait Hist. p. 55, B, καὶ χείλη καὶ ῥινὸς κατάστασις καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ὀφρύων σύνθεσις εὐειδεστάτη· imo, ut Bekkerus edidit, narrationis vi ductus, ἀειδεστάτη· estque ἀειδεστάτη in codice.

(7) Comm., ἐτετόρνετο, quod potui negligere, ut alia neglexi menda, quæ sunt typographica. — A, φύσιν.

(8) Rursus τὸ γυναικεῖον φῦλον Epistt. 43, 60, 72. Lucianus Demosth. 7 : τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον.

Epist. ις'.

(*) A, Γοργίας Κορίνη.

(1) Addidi καὶ ἀνημέροις ex B.

(2) Ald.VG, θεραπεύειν. B Comm., δραπετεύειν. A, δραπεττεύειν.

(3) Editi, ἀλλὰ καὶ κακῷ τὸ κακὸν ἐπινέμεις. A, ἀλλὰ σὺ κ. τ. κ. ἐπινέμει. B, ἀλλα κ. τ. κ. ἀπονέμῃ. Meæ scripturæ sententiam esse opinor : « sed et tu qui malum es malo depasceris; sed malum te « malum etiam rodit ».

(4) A sine τι. Comm., [τι]. Est τι in Ald.VG. Hæc vocula male fuit nuper data Philemoni Stobæi tit. 2, 26, sic edito : Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι. Rescribendum putavit vir doctiss. : Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρόν τι, ἀλλ' ἢ σχήματι. Hoc placuit et Meinekio; illud reperit in quodam codice. Sed librarius non potuisset scandere versum quem sic potuit scribere. — In Stephani Thesauro, sub Καταχρημνίζειν, adpositus fuit locus alio scriptus modo, ταυτόν τοι ποιῶν.

(5) Xenophon Cyr. 3, 1, 25 : ἔνιοι γὰρ φοβούμενοι μὴ ληφθέντες ἀποθάνωσι, ὑπὸ τοῦ φόβου προαποθνήσκουσιν, οἱ μὲν ῥιπτοῦντες ἑαυτοὺς, οἱ δέ ... Cf. Thucyd. 2, 4. Theodorus Prodr. Rhod. 1, p. 5 : Τῶν γὰρ κατοίκων οὓς μὲν ἔκτεινε ξίφος, Οὓς δὲ προαπέκτεινε τοῦ ξίφους φόβος· Οἱ μὲν, τρέμοντες βαρβάρων πικρὰς χέρας, Ἔῤῥιπτον αὐτοὺς εἰς φάραγγας, εἰς νάπας. Ducas Hist. p. 27, C : καταδιώξαντες τοὺς λοιποὺς ἄχρι Δανούβεως, ὧν πλεῖστοι ἐν τῷ ποταμῷ ἔῤῥιψαν ἑαυτοὺς καὶ ἀπεπνίγησαν· scribas e codice ὧν οἱ πλεῖστοι. Ovidius M. 7, 604 : « Pars animam « laqueo claudunt, mortisque timorem Morte fugant ». Martialis 2, 20 : « Hostem quum fugeret se Fannius ipse peremit : Hic, « rogo, non furor est, ne moriare mori? » Ibi Herald. Adde Wyttenb. ad Plut. p. 724.

(6) Ald.VG, ἐπιδὲ τὸ δ. Conf. p. 23, n. 6; Comm. A, ἐπεὶ δὲ τὸ δ. B, ἐπειδὴ τοίνυν τὸ δ. Cf. p. 195, n. 9.

(7) Ald.VGComm., πολυσχεδὲς τοῖς. B, quod scripsi. De πολυσχεδὲς ac πολυσχιδὲς monebitur ad Psellum.

(8) Allusione ad nomen τόκος.

(9) Ald.V, κἂν. G, κἅν. Comm., κἄν. AB, καὶ ἐν. Et sic n. 9, ad p. 15, codd. dividebant καὶ οὐκ pro edito κοὐκ. Ænigma Anth. Pal. 14, 56: Ἄν μ' ἐσίδῃς, καὶ ἐγώ σε. Codex 1409: ἢν μ' ἐσίδῃς, κἀγώ σε. Reliquam varietatem enotabo: Ἂν δ' ἐθέλῃς, λαλέω φωνῆς δίχα· σοὶ γὰρ ὑπάρχει Φωνὴ, ἐμοὶ δὲ μάτην χείλε' ἀνοιγόμενα. Codex, ἢν ἐθ. καλέω ... χείλη ἀν.

(10) Ald.VG Comm. et A, ὑπὲρ γῆν. B, ὑπὲρ γῆς. Exempla accusativi ὑπὲρ γῆν vide in Anecdotis meis t. 2, p. 210.

(11) B, ἀναβλέψειας, qui modo προσβλέψειας habuit, ceteris tenentibus προσβλέψεις, qui nunc in ἀναπνεύσειας consentiunt. Quum sæpe hic scriptor optativo pro futuro utatur, ac displiceret in eadem sententia utrumque tempus, optativum quod bis exhibent codices prætuli futuro. Vide ad Epist. 21, n. 4; 23, n. 4.

Epist. ιζ'.

(*) A et Matrit., πεδιάδι. B, πεδιάσιν. Editi, Πεδιάδῃ.

(1) B, μὴ ἵκοιτο ἄρα, et sic Matrit. Forsan scripserat auctor: μὴ ἵκοιτο ὥρας ἄρα ὁ A. Nam Lucianus de saltat. 5: μὴ ὥραισιν ἄρα ἱκοίμην. Luciani locum ac Theophylacteum et alios adtulit Casaub. ad Athen. 2, 45, formulam imprecandi μὴ ὥρας ἵκοιτο illustrans ac similes. Adde ad Epigr. incert. 13, 2, Jacobsium; et quos indicat Hermann., qui, Præf. Epit. doctr. metr. p. 16, interiorem formulæ sensum enucleare tentavit.

(2) AB, π. τῶν ὅρων, permutatione consueta. Æschylus Eumen. 586: Ὁ γὰρ διώκων, πρότερος ἐξ ἀρχῆς λέγων, Γένοιτ' ἂν ὀρθῶς πραγμάτων διδάσκαλος. Est in codice 2886 ὀρθῶς, superscripto ός. Electio non est facillima.

(3) Editionibus consentit mea. A, συνεκρότει τὸ δ. B, συγκεκρότηται δ. Vide ad Epist. 11, n. 8.

(4) Sedebat Leucippus litis inter Lophonem ac Sostratum judex.

(5) AB, ὅλος. Editi, ὅλας. Forsan, ὅλως. Epist. 16 extr. pro ἐλευθέρως est ἐλευθέρας in A. Cf. p. 171, n. 7.

(6) B, θεᾶσθαι ὀρέγεται.

(7) B, κατέχει. A et editi, κατεῖχε. B, τὸν δείλαιον.

(8) A, τούτω. B, γνούς. A, ἐπέβυεν.

(9) A sine δίκη. Id nomen Comm. uncis circumscripsit.

(10) Lucianus Amor. 4: καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν ἰσοῤῥόπως ταλαντεύομαι. Cf. similia Epistt. 45, 73.

Epist. ιη'.

(*) B, ἐρωτόλης.

(1) Editi et A, τὴν ἐρωμένην. B, τῆς ἐρωμένης. Ad Nicetam p. 449, e codice B varietatem notavi τῇ ἐρωμένῃ, quam et præferre me dicebam. Sed meæ me schedulæ fallebant. Inspectus denuo codex exhibuit nitidissime τῆς ἐρωμένης προσπλ. Genitivo favere quidem videtur locus Theophylacti ipsius e Q. Phys. p. 11, 17: ἴδοις ἂν τὴν θήλειαν (φοίνικα) καθιεῖσαν τοὺς κλάδους, οἷα κόμην ἐρωτικὴν, τῷ ἄῤῥενι. Sed lectio olim vulgata κόμην nunc fuit e codicibus in κόρην reformata. Retinui igitur τῇ κόμῃ τὴν ἐρωμένην προσπλέκεται. Cui lectioni illustrandæ multum valet Philostrati descriptio Imagg. 1, 9, p. 17: ἄγονται (οἱ ἄῤῥενες φοίνικες) τὰς θηλείας, περιβάλλοντες αὐτὰς τοῖς κλάδοις.

(2) A, ἕν ἐστι, pro ἔνεστι. In Quæstionibus sæpe pro ἐστὶν est ἔνεστιν in libris. Vide p. 203, n. 2.

(3) Ad ψῆνας, scholium in A, κλάδους.

(4) Accessit οἱ φυτ. ex B: Quod quidem additamentum non est omnino necessarium, ut monui ad Nicetam l. l.; id tamen securus

recepi propter Eustathii Antiocheni locum quem vide supra p. 184, n. 12. Et in Q. Phys. l. l. narrantur οἱ φυτουργοὶ amatorio palmarum morbo qua arte medeantur.

(5) Editi sine τῷ. Quo donandus articulo Ducas Hist. p. 104, A : ὁ Πύλλης ἦν ἐξ Ἐφέσου Ῥωμαῖος γένει. Conjecit, ut calamo luderet, Bullialdus, τὸ γένος. Fecisset satius, si quod est in codice descripsisset, Ῥωμαῖος τῷ γένει. — Mox editi et A, τὸν τούτου ἔρωτα.

(6) V, οἷα τε. Ceteri, οἷά τε. Sæpe οἷα et οἷα confusa sunt. Vide exemplum supra p. 204, n. 9. De illa confusione egi ad Herodiani Epimerismos; egit nuper Kayserus Notis criticis in hilostrati Sophistas, quos a se recensitos et emendatos edet, sed festinans lente ac moræ patiens et longiorum investigationum, quod onus nunc multi detrectant. Zosimus 1, 54, 5 : εὑρὼν δὲ πλοῦτον ὃν οὐχ' οἷά τε ἐγεγόνει Ζηνοβία μετακομίσαι. Lego, οὐχ οἷα τε. Rursus 1, 71, 3 : Λιβύῃ προσορμισθεῖσα ... οἷά τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν. Lego, οἷα τε. Longus 1, 21 : οἱ κύνες ... ἑπόμενοι, οἷα δὴ κυνῶν ἐν ῥινηλασίαις περιεργία. Mihi placet, quod Brunckio et Curerio placuit, οἷα. Ostendit vir doctiss., qui οἷα tueretur, sæpe οἷα pro ὥσπερ usurpari, quod non negabat Brunck. aut Curerius. Offenderunt scilicet ad οἷα περιεργία vel ὥσπερ περιεργία, quod præsenti loco male convenit, quum sit οἷα aptissimum; « qualis est canum sedulitas ». In Parthenio c. 18 locus hic est difficilis : νύκτωρ αὐτοῦ κοιμωμένου ἐπεισέρχεται ἡ Νέαιρα, καὶ πρώτη μὲν οἷά τε ἦν πείθειν αὐτόν· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος οὐκ ἐνεδίδοτο... Passovius edidit recte, puto, οἷα, a corrupto πρώτη manum abstinens. Propono, ἔρωτι μὲν οἷα τε ἦν ... Non valde differunt πρωτη et ερωτι.

(7) B ita. A, φαντασίας τῆς σῆς παρέχεταί μοι θέας. Edit, φαντασίας τῆς σῆς παρεχέτω μ. θέαν. Cf. similia Epist. 9.

Epist. ιθ'.

(1) B, χρημ. δεσπότην. Ad sententiam conferendus Joannes Chrys. Homil. tertia De stat. : ὁ φιλάργυρος φύλαξ, οὐ δεσπότης ἐστὶ τῶν χρημάτων, δοῦλος, οὐ κύριος.

(2) B sic. A sine τήν. A et editi, προήνεγκαν.

(3) A, ἀνοσίας. Inesse videtur allusio ad nota Platonis verba e Phædone § 13, p. 18 : μὴ καθαρῷ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Quæ manifeste respexit Noster Hist. 1, p. 22, C : τῷ ὄντι γὰρ τὸ καθαρὸν τοῦ μὴ καθαροῦ οὐ θέμις ἐφάψασθαι, ἵνα καί τι τῆς θυράθεν παιδείας προσφόρως ἐνείρω τοῖς διηγήμασι.

(4) B sine τὴν γῆν. Cf. n. 3, ad Epist. 4.

(5) B sine εἶναι. Cf. p. 191, n. 10. A, οὐ γὰρ σὸς ὁ πλοῦτος εἶναι πιστεύεται, ἀλλὰ παρὰ σοί.

Epist. κ'.

(*) A, μίκωνι : et mox, μίκων.

(1) A, κρόκκην. — B, πρέσβυν. Herodianus Epim. p. 107 : πρέσβις, ὁ παρακλήτωρ· πρέσβυς, ὁ γηραιός. Ibi quod dixi, πρέσβυς in utroque sensu recte scribi, indictum esto.

(2) Editi, φοβ. γὰρ ἔρως ἡ. ἀδικεῖ ἀπρ. κ. βιαζ., sine ἐρᾷν. A, φ. γ. ὁ ἔ. ἡ ' ᾶς ἀδικῶν ἀ. κόρους ἐρᾷν βιαζόμενος. B, φ. γ. ὁ ἔ. ἡ. ἀδικῶν ἀ. κόρης βιαζ. ἐρᾷν.

(3) A, ἔτυχεν. Sæpe junguntur εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε ex abundantia in Arriani Dissertationibus, quarum videsis indicem. Josephus contra Apion. 2, 32 : τὸ μηδὲν εἰκῆ μηδ' ὡς ἔτυχεν ἕκαστος ἐπιτεθυμηκὼς φαγεῖν. Plutarchus S. N. V. p. 15 : ὅπως ... ἡ ψυχὴ ... φεύγῃ τὸ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν, ὡς κακίας καὶ πλημμελείας ἁπάσης γένεσιν. Adde not. ad Eunap. pp. 164, 565.

Epist. κα'.

(*) B, περδικία ῥοδώπη. A et editi, Περδίκκα Ῥοδόπῃ. Matrit., Περδίκας Ῥοδόπῃ.

(1) B, ἀναμηνύεις. Ald.VG, ἀναμιγνύεις. Comm. A, ἀναμινύρῃ. Stephanus in Thesauro citavit, ἀναμινύρει τραγῳδίαν.

(2) De loquutione διδάσκειν τινὰ ἱππέα, κυνηγὸν et similia monui

ad Aristæn. p. 489. Vide Schæfer. ad Ellips. pp. 608, 862; Tup. Emend. t. 2, p. 384; Elmsl. ad Eurip. Med. 290; Seidler. ad Eurip. Electr. 274. Ammianus Epigr. 4: Εἰ βούλει τὸν παῖδα διδάξαι ῥήτορα. ... ubi Jacobs. Libanius t. 4, p. 625, 19: ἦσαν δέ τινες οἳ παρῄνουν παλαιστὴν διδάσκεσθαι· ubi varietas παλαιστικὴν nemini græce docto probabilior lectione recepta videbitur. Cf. Noster Epistt. 30, 42, 65.

(3) B, δοκεῖς· κηρῷ ... ἐμφράξαιμεν. Comm., δοκεῖς· καὶ κ. ... ἐμφράξοιμεν. Ald.VG, καὶ κ... ἐμφράζοιμεν. A, καὶ κηρῷ ... ἐμφράζομεν. Inde feci ἐμφράξομεν, usus solita permutatione literarum ζ et ξ.

(4) B (non A, quod notabam ad Marin. p. 79), σειρ. γὰρ μᾶλλον ἤ. Ellipsis adverbii μᾶλλον adeo est frequens, ut tale additamentum ab uno libro datum vix fuerit recipiendum. De illa non semel egi, et egit nuper doctius et acutius Held. ad Plutarchum Timol. c. 2; cujus tamen in verbis, ἐλπίζων ... χρήσασθαι συμμάχοις καὶ συναγωνισταῖς ἐκείνοις ἐπὶ τοὺς Συρακουσίους ἢ κατὰ τοῦ τυράννου, non opinor subaudiendum esse μᾶλλον, quum sententia mihi ut et aliis esse videatur, usurum esse Hiceten Carthaginiensibus sociis vel in Syracusanos vel adversum tyrannum, videlicet pro re nata et data occasione. — Editi et B, ἀκούσαιμεν, cui optativo Jacobsius ad Anth. Pal. t. 4, p. 552, addi jubet ἄν. A, ἀκούσομεν, quod prætuli. Sed, vel hoc codice optativum exhibente, ἂν non addidissem. Nam sæpius auctor optativo pro futuro nude utitur, de quo jam monui ad Epist. 16, n. 11. Exempla præbebunt Epistt. 23, 25, 29, 59, 65, 69, 71; sic et in Quæst. Phys. p. 10, 8; 22, 26, codicibus variantibus, aut non. Ceterum ipsa sententia quæ sit non statim lector intelliget. Opponuntur Sirenes Musis, illis elevatis, quod et ab aliis est factum; vide Bernard. ad Nonn. t. 1, p. 447. Locus tamen adeo est conformatus ut non Sirenum nomen expectandum fuerit. Λειβηθρίων ἢ Μουσῶν valde placeret. Gens fuit adeo a Musis aliena, ut in proverbium ejus inscitia abierit. Vide interpretes ad Aristænet. 1, 27, p. 592. Proverbii meminit Diogenianus 7, 14: οὐδὲν τρία Στησιχόρου γινώσκεις· ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων· ὁμοία τῇ, ἀμουσότερος Λειβηθρίων. Codex Mazarin. A 86, οὐδὲ τὰ τρία, melius.

Epist. κϐ'.

(*) Orellius, qui hanc epistolam Epistolis Socraticis a se editis addidit, cum Theophylacteis aliis quibus auctor Socratica nomina inscripsit, acerbe notat sophistæ imperitiam qui sæculo ferme integro ante Alexandrum homines finxerit de Alexandro loquentes. Sed nimius esse videtur in reprehendendo Orellius. Theophylactus nomina quidem illa sumsit, ut illustria, sed non ipsos homines nec ipsa tempora, qui se ipsum auctorem esse in titulo significavit. — Epistola non est in B.

(1) A, τῷ τῆς τ. φυσήματι. Noster Hist. 8, c. 11 : Μαυρίκιος φιλοσοφῶν τὸ δυστύχημα. Ibid. 2, c. 17 extr. : ὁ δὲ στρατηγὸς οὐ κατεδίωξε τὸ ἀντίπαλον· ἐφιλοσόφει γὰρ τῆς εὐδαιμονίας τὸ μέτρον.

(2) Sæpe hac formula, διά τοι τοῦτο, quam videsis et Epist. 27, usus est auctor in Historia; v. c. 8, 12; pp. 22, D, 62, 64, 158, 182, etc. Adde Æneam Gaz. Theophr. p. 46; Niceph. Gregor. Hist. p. 2, F; not. ad Anecd. mea t. 2, p. 123. Ducas Hist. p. 17, D: διά τι τοῦτο ἦλθον. Non aliter codex. Nupera editio : διὰ τί τοῦτο ἦλθον; Legendum videtur : διά τοι τοῦτο. Abiit τοι in τι, quod sæpe fit : cf. n. 4, ad Epist. 16.

(3) A sine τοῦ. Comm. inclusit ἐν, quod forsan non reperiebat suo in codice. Repertam hanc præpositionem male omisit Bullialdus in Ducæ Historia p. 26, D : καὶ τοῖς λιθάσι καταντήσας τοῖς πρὸ Σοφίαν. Codex exhibebat ipsi quod mihi, καὶ ἐν τοῖς ... πρὸς Σ. Rursus p. 150, C : εἰ τύχοι ἐμπεσεῖν σιδηροφόρῳ σώματι. Codex, εἰ τ. ἐμπ. ἐν σιδ. σώμ.

(4) Res narratur a Plutarcho Alex. 43; a Q. Curtio 5, 13, 31.

(5) A sic. Editi, ἐνδεικνύμενος εὐγένειαν. Permutari δυσγενής et δυσμενής, μένος γένος, ostendi ad Androm. 1166. Vide Matthiam ad Iphig. A. 1355, Iph. T. 577, Heracl. 1001, Electr. 361; Orell. ad Lesbon. p. 25.

(6) A sine ὑφ' ἕν. Plutarchus Consol. ad Apoll. c. 6, ubi non

de Alexandro, sed ejus patre Philippo, illam historiolam recitat, habet ὑφ' ἕνα καιρόν.

(7) Noster Hist. 2, c. 17, post illa verba quæ recitavi modo n. 1: τὰς ἐπ' ἄκρον εὐεξίας, ὡς εἰκὸς, εὐλαβούμενος· φιλαπόστροφον γὰρ ἡ τύχη καὶ ἄπιστον: fors. φιλυπόστροφον, quo adjectivo nonnusquam usus est, v. c. Hist. 8, cc. 11, 12. Basilius Cæs. scholiis in Gregor. Naz. in Notit. mann. t. 11, 2, p. 74: τὰς εἰς ἄκρον εὐεξίας σφαλερὰς ἰατρῶν παῖδες φασί· ubi fontem Hippocrateum ex Aphor. 1, 3, monstravi. Scholiastes Hermogenis ap. Olear. ad Phil. V. S. p. 577: καὶ γὰρ εἰς ἄκρον εὐεξίαι καθ' Ἱπποκράτην σφαλεραί· vel αἱ γὰρ, vel καὶ γὰρ αἱ, scribendum. Plutarchus Non posse suav. § 5: σφαλερὸν γὰρ ἡ ἐπ' ἄκρον εὐεξία, φησὶν Ἱπποκράτης. Cf. Blomf. Gloss. ad Agam. 973; Noster Ep. 52.

(8) Exspectabatur τὴν τύχην, vel τὴν τῆς τύχης φύσιν.

(9) Corruptus est adhuc in hoc verbo Xenophon Ephes. 3, 3: ὄψῃ τὴν ἐρωμένην καὶ ἀπολήψῃ χρόνῳ ποτέ. Qui scripsit ἀπολήψῃ usum sequutus, et ὄψει scribere debuit, usu volente. Vide ad Aristæn. 2, 7, p. 670.

(10) Sic Epist. 33: γέγονεν ὁ κόρος αὐτῷ τῆς ἐπιθυμίας πρεσβύτερος. Hist. 2, 7: ἐν τοῖς πολλοῖς τῆς πράξεως ὁ λόγος ἐστὶ πρεσβύτερος.

(11) A, χαλεπώτερα τ. π. ἐπιτεύξῃ, δίκας πλημμελημάτων τῆς γνώσεως εἰσπρ. Malim, καὶ ἀγνωσίας, quod et Kimedoncius voluit.

Epist. κγ'.

(*) Editi, Μίλωνι, et sic Matrit. B, μύλωνι, quod esset ferendum. Prætuli Μήλωνι, quod est in A.

(1) Matrit. AB sic. Editi, ἐκκάθαρε. Cf. ad Epist. 28, n. 4. Æneas Gaz. Theophr. p. 66: ἀλλ' ἀπόκρινον. Codices 460, 1058: ἀπόκρινε: unde fiat ἀπόκριναι, adhibita lege permutationis vocalium αι et ε.

(2) Cf. ad Epist. 11, n. 9.

(3) A, χαλεπαίνειν ἀλ. τ. γ. εἰ μὴ γὰρ καί. B, εἰ μὴ καί. Comm., εἰ μὴ [καί]. Ald. Gen. εἰ μή.

(4) Editi, γείτοσι. AB, ἀγροσ. Cf. n. 5, ad Epist. 11. A, ἐνδείξομαι. Malui esse bis optativum, quam diversa misceri tempora. Cf. n. 11, ad Epist. 16; n. 4, ad Epist. 21.

(5) Editi, ἀποφεύξαιντο. A, ὑποφεύξονται. B, ἀποφεύξωνται. — Lucianus Tim. 5 : οἱ δὲ καὶ πόῤῥωθεν ἰδόντες, ἑτέραν ἐκτρέπονται, δυσάντητον καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα ὄψεσθαι ὑπολαμβάνοντες. Ibi Hemsterh. videndus.

Epist. κδ΄.

(*) B, τελεσιλῷ. Matrit., Τελεσία. A nomen omisit. Editi Τελέσιλλα : quod nomen iterum legitur Ep. 72.

(1) Editi, φλέβας : quod legitur supra Q. Phys. p. 6, 19, in sententia simili. AB Matr., φλέβα. Ad Eunap. p. 144, illustravi verbum ἀνιχνεύειν. Conferam locum poetæ chemici post Palladium De febr. p. 149 : Ἀλλ' εἰ θελήσοις τὰς πολυχρύσους φλέβας Ταύτης (scilicet τῆς βίβλου) ἐρευνᾷν τὰς σοφῶς κεκρυμμένας, Νόος (lege νοὸς, non νόου quod proposuit Bernard.) τὸ φαιδρὸν ὄμμα πρὸς θείας φύσεις Ὕψει διάρας πανσόφοις εὐοπτίαις, Οὕτω γραφὴν δίελθε τὴν σοφωτάτην, Καὶ πλοῦτον εὕρῃς (« lege εὑρεῖς », Bernard. ait; imo lege εὕρῃς) γνώσεως ὑπερτέρας. Qui recentiorum scripta edunt non omnes sunt illorum linguæ satis periti.

(2) Suidas : ἐρεβοδιφῶντες, τὸ ὑπὸ σκότους ψηλαφῶντες. Potuit meminisse Nubium v. 191 : Οὗτοί γ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον. Quod sequitur verbum ἐσκινδαλάμιζον et Nubium redolet λόγων ἀκριβῶν σκινδαλάμους.

(3) B ita. Editi, ἐσκινδαλάβιζον. Sed ab σκινδάλαμος fiet σκινδαλαμίζω. Est σκινδαλαμίζειν urbem minutatim pervestigare, et minimos scrutari angulos. A, ὡς ἐγὼ περὶ τὴν πόλιν ἀπῄειν εἴ που.

(4) A, ἀγίλαον ἦν με θ. Editi, με. B, μοι. Editi, ποτόν.

(5) AB, ἐνεδήμησε. Editi, ἐπεδήμησε. Eadem est varietas Epist. 35. Noster Hist. 1, 12 : μέγιστος σεισμὸς ἐνεδήμησεν. Rursus 2, 7 : λόγος ἐς ὑμᾶς ἐνεδήμησε. Et 2, 10 : χειμῶνος γὰρ ἤδη που ἐνεδήμει καιρός. Qui et conferendus 2, 7 : ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατηγὸς ... οἷά τις λαῖλαψ ἐπιθαλάττιος ἢ ῥαγδαῖος σκηπτὸς, ἐνεφοίτησε. Præpositiones ἐπὶ et ἐν sæpius fuerunt permutatæ. Gregorius Naz. t. 2, p. 37, C : Μηδὲ μένῃ Βαϐυλῶνος ἐπὶ κραναοῖς πεδίοισι Δουριαλῆς. Codex 993, ἐνὶ κραν., quod malim. Epist. 35, n. 3.

(6) B, ἔσο μοι. Quam varietatem protuli olim ad Marinum p. 118, ubi et exempla nominis συνέριθος, quod Nostro placuit, ex ejus libris apposui. Vide Epistt. 59, 83; Q. Phys. p. 2, n. 10; Hist. p. 3, A. Maximus Tyr. Diss. 37, c. 3 : γεωμετρίαν δὲ καὶ μουσικὴν, ξυνερίθω τε καὶ ξυνίστορε φιλοσοφίας.

(7) Ald.G sine τόν. Comm., [τόν]. AB, τόν. Cf. ad Epist. 10, n. 9; ad Epist. 55, n. 8. B, θεάσομαι. Ceteri, θεασόμεθα.

(8) A, μηδείας ἐφαίδρα φοϐερωτέρα. In scriptura comparativorum et superlativorum sæpe peccant librarii. Gregorius Naz. Or. 1, p. 3, D : πλησιάζειν θεῷ, τῷ μόνῳ φανωτάτῳ· imo φανοτάτῳ.

Epist. κε'.

(*) Matrit. et editi, Ἀξιόχῳ. A, Ἀντιόχῳ. Et sic in codice 1389 in quo epistolam hanc forte reperi, Sosipatro cuidam ab auctoribus Catalogi attributam, quum Theophylacti esse ignorarent, errore facile condonando. Nomen Ἀξιόχῳ valde præstare ostendi ad Aristæn. p. 435, quum agatur de mortis contemtu, et sic alludatur ad Axiochum Platonicum; quam circa nomina propria subtilitatem ingeniosior plerumque scriptor persequitur. Epistola non est in B.

(1) Editi sic. A, θαυμάσαιμι ὑπὸ πάθους τοσούτου νικώμενον. Cod. 1389 : θαυμάσαιμι ὑπὸ πάθους ἐπὶ τοσοῦτον νικώμενον.

(2) A sine γάρ. Cod. 1389 sine γάρ τις. Conjunctio γὰρ loco pellatur non suo, quem invasit apud Choricium : ἀποροῦντες οἱ νόμοι τὴν αἵρεσιν αὐτῷ τῶν δωρεῶν ἀπονέμουσιν ἐρυθριῶντες αὐτοί· τὸ γὰρ ὁρίσαι, πάντως λειπόμενον τῆς ἀξίας. Valde se torquet Villoisonus p. 64, n. 3,

se extricaturus e corrupta lectione illa, quæ uni Villebrunio debetur indiligenti homini; est enim codicis ipsius lectio : ἐρυθριῶντες αὐτοὶ τὸ γέρας ὁρίσαι πάντως...

(3) Sic cod. 1389. Est θρυλλούμενος in editis et A. Sententiam adumbravit ex Joannis Chrys. verbis Hom. de statuis 5 (apud Gataker. Advers. posth. p. 523) : τί ποτέ ἐστι θάνατος; ὕπνος μακρότερος τοῦ συνήθους, ὥστε εἰ δέδοικας θανεῖν, φοβοῦ καὶ ὕπνον. Multa sunt veteribus dicta de mortis ac somni similitudine; nonnulla sunt collecta ab Jodrell. ad Alcest. p. 29; Dausq. ad Coluth. 349; Pric. ad A. A. 7, 60; Schelhorn. in Bibl. Theol. 5, p. 852; ab ipso me ad Philostr. p. 576. Adde Wyttenb. ad Plut. p. 727; coll. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 465. Gatakerus, etiam videndus Advers. p. 523, adfert versus Euripidis e Polyido : Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν. Illos servavit Scholiastes ad Ran. 1498. Fecit nempe comicus eorum talem parodiam : Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, τὸ δὲ καθεύδειν κώδιον; Ultima qui verterunt non bene novi an intellexerint. Mihi quidem non videntur intelligi posse. Scripserat, ni fallor, Comicus, Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, τὸ καταθανεῖν δὲ κώδιον. Scurrile et inexspectatum κώδιον verterat glossator recte per καθεύδειν, quod sibi viam in ipsum contextum, excluso genuino verbo, fecit : « respirare vero cœnare, et mori culcita »; id est, et mori dormire, quum sit culcita dormientibus utilis.

(4) Codex 1389, βραχύτερος· ἐπὶ μικράν. A, βραχύτερος· ἐπὶ μακράν. Editi, βραχύτατος· ἐπὶ μακράν. Gatakerus ad M. Antonini verba 2, 11, τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, plurima de illa ultima migratione congessit, in quibus et Theophylactea, scripto μακράν. Et hoc bene respectu ad τὴν μέλλουσαν ἡμέραν quæ erit longissima. Nec tamen si alio modo sententia examinabitur, μικρὰν displicebit. Ex locis a Gatakero productis unum seligam Joannis Chrys., quo lectio μικρὰν firmatur : τί ποτέ ἐστι θάνατος; ἀποδημία πρόσκαιρος. Sed hic quidem μακρὰν præstare videtur.

(5) Codex 1389, ἐπὶ πολοῦ, pro ἐπὶ πολλοῦ.

(6) Ald.CG, ἐδόκει αἰσχυνομένῳ. VA, ἐώκει αἰσχ. Cod. 1389, ἐώκει

καὶ αἰσχ. De emendatione facienda monueram ad Eunap. p. 159, ubi et Porphyrii verba e Vita Plotini protuli, quæ sua fecit Theophylactus : ὁ Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη.

(7) Conf. similia Epist. 4.

(8) Sic codices. In editis, γίνου σαυτῷ. Cf. ad Ep. 12, n. 4.

(9) Editi, λόγον τὸ φάρμακον. Sequutus sum codices, in quibus tamen non φάρμαμον, quod emendet lector. In versu sequente, qui depromptus est ex Odyss. 4, 221, codex 1389 habet ἐπίληστον. Ald. VCG, ἐπίληθον, ut Homeri editiones. In Historia 2, 11, Homerico versu usus est Theophylactus cum scriptura ἐπίληθον.

(10) Ald.VG sine τοῦ. Comm., [τοῦ]. A et cod. 1389, τοῦ. Articulorum ea est conditio. Æschylus Eum. 563 : γελᾷ δ' ὁ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμῷ. Malim γ. δὲ δαίμων, prout est in codice 2886, qui habet θερμουργῷ. In eadem fabula v. 570=559 male reliqui scriptum Ἤ τ' οὐρανοῦ διάτορος Τυρσηνικὴ Σάλπιγξ, non omisso, quod forsan quis putaverit, altero articulo ante Τυρσηνική· volebam enim, ut patet e notula, scribere post Askew. et Burges., ἥ τ' οὐρανοῦ διάκτορος Τυρσ. σ. Nunc, quum sit in codice 2886, εἶτ' οὖν δίακτορος T., rescripserim, Εἶτ' οὐρανοῦ διάκτορος T. σ. Novi quidem quid sit in tali numerorum ordine incommodi; sed similia sunt exempla. Philostratus Epist. 67, de Homero : ὁ πάσας εἰδὼς τοῦ κάλλους ὑπεροχάς. Codices duo quos vidi τὰς habent pro τοῦ. Receperim duos articulos τὰς τοῦ. Idem V. A. 5, 33 : νέος μὲν τυραννεύσας οὔπω κακὸς, ἣν μὴ μιαίφονος παρὰ τυραννίδα καὶ ὠμὸς καὶ ἀσελγὴς δόξῃ. Codex 1696, παρὰ τὴν τ., ac sine μὴ, quam negationem temere ac contra auctoris mentem addidit Olearius. Ibid. 7, 13 : εἶχον ἂν πρὸς ἐρωτῶντας λέγειν· melius πρ. τοὺς ἐρ. in eodem codice. Rursus 7, 21 : οὔτε τὸν ἄνδρα εἰδὼς, οὔτ' αὐτὸ τὸ γράφειν, ἀλλὰ μόνον τὸν ὑπὲρ δικαίου φθόνον· imo ὑπ. τοῦ δικαίου. Infra : τὸ γὰρ προσκυνεῖσθαί σε ὑπὸ (codex ὑπὸ τῶν) ἀνθρώπων διαβέβληκεν ἴσον ἀξιούμενον τοῖς θεοῖς. Atque ibid. 8, 7, 7 : κόσμος οὐχ ὑπερβάλλων τὰ σοφίας (cod. τὰ τῆς σ.) μέτρα. Ibid. 8, 7, 9 : ὕστερον μὲν ἢ θεοὶ, θᾶττον δὲ ἢ οἱ πολλοί. Placet scriptura codicis ἢ οἱ θεοὶ, qua opponuntur plene duo sententiæ membra.

(11) A, ὁ δημ. παρ. π. τὰ π. Codex 1389, κρείττονος ὁ δημ. ἐπὶ τὸ χ. παρ. π. τὰ π. Editi et 1389, καταλείψωμεν. A, καταλείψωμαι.

(12) A, γένεσιν μ. ἢ τὸν θάνατον δακρύσαιμι. De optativo futuri loco jam monui n. 4, ad Epist. 21. Sententia similis Euripidis in Cresphonte, decere infantem genitum lugere, qui varia vitæ intraret mala, mortuum vero hominem, tantis jam defunctum malis, laude atque lætitia exsequi, a multis fuit celebrata. Inscriptionem christianam non malæ notæ ex vetere codice descripsi, quam si huc protulero, rem non faciam lectoribus injucundam. An sit inedita ignoro. « Nobilis atque insons occasu impubis acerbo De- « cessit, lacrimas omnibus incutiens. Sed quia regna patent sem- « per cœlestia justis, Atque animus cœlos immaculatus adit, « Damnantes fletus, casum laudemus ephebi, Qui sine peccato « raptus ad astra viget. Felix morte sua est, celeri quem funere « constat Non liquisse patrem, sed placuisse deo ». Est in codice « adque » et « impubes ». Ultimi versus conferendi cum Menandreo illo notissimo : ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος.

(13) A, ἀνιόντων, et sic cod. 1389. Idem mendum in eodem participio apud Choricium correxit Villois. p. 60, n. 5. Est τρυγόντων Epist. 62 in A. Vulgarissima illa est vocalium ω et ο synchysis. Ducas Hist. p. 8, C : οἱ τὸν φθόνον τρέφοντες εὗρον εὐχορίαν. Correxit Bekkerus εὐχωρίαν, quæ vox non est Duca indigna ; sed est in codice vox proba magis εὐχερίαν. Munere suo functus est criticus eximius ; sed fuit a Bullialdi incuria deceptus. Sic, quum p. 10, A, ediderit Bullialdus ἀναίμακτι, edidit Bekkerus ἀναιμακτί. Quid enim potuit melius facere, qui codicem ipsum habere ἀναιμωτῆ, scilicet, mutatis mutandis, ἀναιμωτὶ, ignoraret?

(14) A, καὶ ἄγνοια. Infra cod. 1389, γένοις, pro γένοιο. Sub finem Editi et cod. 1389, καὐτός. A, καὶ αὐτός· cf. p. 246, n. 9.

Epist. κϛʹ.

(*) Editi et Matr., Δεξικράτει. A, K. χρυσήδι. Sed, etsi inscribat Χρυσίδι mulieri, habet infra φίλτατε. Post προσπάθειαι caret A nomine proprio. Epistola non est in B.

(1) Ald. VG., τ. μαγνῖτιν λ. A, τὴν μαγνήτην λ. Achilles Tat. 1, c. 17 : ἐρᾷ γοῦν ἡ μαγνησία λίθος καὶ σιδήρου. Vide Jacobs. ibi et ad Epigr. Inc. 30. Nicetas Eugen. 4, 137 : Καὶ γὰρ σίδηρος εἰς μαγνῆτιν ἐκτρέχει, Ἐρωτικόν μοι πῦρ δοκῶν ἔνδον φέρειν : ubi vide quæ notavi. Cf. Noster Q. Phys. p. 11, ubi n. 7.

(2) Editi, τοῦτο ζῆν ἰστ. A, τοσοῦτον ἰστ. Memorata olim ea varietate ad Nicet. p. 448, τοσοῦτον præferebam. Memini Æschylei versus Eum. 430 : Ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν; codex 2886, τοσοῦτον. Placebit, puto, τοσοῦτον criticis magni poetæ lectoribus : vide Blomf. ad Agam. 306. Æschines inter Epistolas Socraticas Ep. 22 : τῶν δὲ συγγραμμάτων οὔπω τι εἶχον τοιοῦτο, ὥστε καὶ ἄλλοις θαῤῥεῖν δεικνύναι · imo τοιοῦτον, quod in codice reperi et in Allatiana.

(3) Editi, ὁπηνίκα ... χωρίζηται. A, χωρίζεται. Est, ὁπηνίκα φιλοφρονοῦνται Epist. 28 ; ὁπηνίκα διαπορθμεύουσι Q. Phys. p. 9, 26 ; ὁπηνίκα ναυτίλλεται ibid. p. 15, 1. Mox A, αἱ τοιαῦται. Infra post οἶμαι dedi καὶ ex A.

(4) Editi, ἐρῶσι. A, ὁρῶσι. Servo ἐρῶσι : « iis qui me amant et « me negligunt ». Kimedoncius legebat Ἔρωσι. Permutantur sæpe ἐρᾷν et ὁρᾷν. Vide Matth. ad Eurip. Antig. fr. 6 ; mea ad Aristæn. 1, 12, p. 409. Nicolaus de Pasiphae in Excerptis Allatii p. 155 : ὡς ἐπαφρόδιτον ἐρᾷν ἐγλίχετο, καὶ ὡς θῆρα θυμικὸν ὑπεβλέπετο. Malim ὁρᾷν, quod inveni in cod. 2720 : « tanquam venustum intueri « taurum cupiebat ». Cum verbo ἐρᾷν, genitivus ἐπαφροδίτου foret aptior.

(5) Pro θαλάττης Bernardus in epistola quadam ad Reiskium conjecit Θετταλῆς, respectu ad magicas Thessalarum mulierum artes. Ac novi Θεσσαλία et θάλασσα fuisse non semel confusa : vide ad Herodianum Epimer. p. 92, n. 1. Malim tamen θυέλλης. Malim etiam, τῆς ἐν αἰθάλῃ φλογὸς φλ., collato simili loco Epist. 28.

Epist. κζ'.

(*) A et editi, Θερίστρων. B, θεριστίων. Matrit., Θερίστων.

(1) Ad χαίρειν φράσας cf. p. 212, n. 6. A, οὔποτε. B, οὔπω. Mox A, ὡρ. καρπῶν. Statim B, μυρσίνας.

(2) Ald. VG, ἀπεκύησε καί. Verba media, quæ sunt in AB, habet Commelinus uncis inclusa, quæ repererat in Palatino codice, monente Valcken. Diatr. p. 170, ubi nonnulla de σιπύῃ lectu digna. Scholium ad Leonidæ Epigr. p. 70 : σιπύη, οἱονεὶ σιτοπόη. Mox AB sine μοι.

(3) Verbis fere Ovidianis : « Nec sterili quum sim deceptus ab « arvo, Damnosa perstem condere semen humo ». B et editi, καταβάλλοιμι. A, ὧν πρώτων ... καταβάλοιμι. In jungendis voculis μή μοι sibi multum placuerunt veteres. Exempla non promam, quæ sibi quisque legendo ex facili reperiet. Ac tacuissem, ni meminissem Æschyli Eum. 901 : Καί μοι πρὸ παντὸς ἐγγύην θήσει χρόνου; Est in codice 2886, μή μοι, quod videtur recipiendum. Velim quoque, quod et aliis placuit, πρόπαντος : Μή μοι πρόπαντος ... χρόνου;

(4) Editi sine γάρ. Ald. VG sine καί. Commel., [καί].

(5) Editi et A, οὔτε δὲ πλ. B, ὥσπερ οὐδὲ πλ. A, οἷοι εἰσί. B, κεραυνῷ.

Epist. κη'.

(1) B sine μοι. A, οὔπω μι. Confundunt sæpe ob pronunciationem librarii vocales ι et οι. Philostratus V. S. 2, 10, 5 : οὐχὶ τὰ Ἑλλήνων σπουδάζοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι ... Bene codex 1696, οὐχ οἱ τά ... Plutarchus De malign. c. 6 : εἰ μὲν γάρ τις εὐδοκιμοῦσιν ἔργοις καὶ πράγμασιν ἐπαινουμένοις αἰτίαν φαύλην ὑποτίθησι. Scripsit Wyttenbach. τις pro invento τοῖς, optime. Forsan etiam utraque voce servata scribendum : εἰ μὲν γάρ τις τοῖς εὐδ. Ducas Hist. p. 171, C : τέκνια, εἴδατε τὴν χθὲς ἡμέραν ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ τὰ ἡμέτερα πάντα φροῦδα γεγονότα. Codex, ἴδατε, quod vel repræsentare debebat Bullialdus, vel, si mutaret, mutare in οἴδατε, formam legitimam.

(2) AB, ἀφῆκας, et sic Matrit. ac Vatic. 1353, quem olim inspexi; ac Paris. 1630 : vide mox n. 5. Tali consensu tamen non permotus fui, ut editam mutarem. Permutant librarii facillime præpositiones ἀπὸ ὑπό. Dion Chrys. Or. 12, p. 373 : ἔσεσθαι γὰρ φάρμακον

ὑπ' αὐτῆς ἄψυκτον· melius est ἀπ' αὐτῆς in codice 3009, et sic scripsit Corayus Fab. Æsop. p. 218. — An οὔπω με τῆς ὀργῆς ἀφῆκας?

(3) A, αἰθάλῃ πυρὸς ταμιεύοντες πρηστῆρα.

(4) Sic Vaticanus. Editi et A et 1630, ἐκκάθαρε. B, ἐκκάθαραι. Cf. n. 1, ad Epist. 23. B sine λοιπόν.

(5) Editi et B, et, ni fallor, Vat., λύμην. A et 1630, λύπην. Sic modo ἀνίαν. Ponuntur etiam simul λύπη et ἀνία Epist. 29; θυμὸς καὶ λύπη Epist. 49. Auctor De epistolico charactere, Proclus, si fides codici 1630, similem Theophylacteæ epistolam fecit in exemplum μετριαστικῆς, quam inter σκωπτικὴν et αἰνιγματικὴν mediam posuit; quæ, quum non sit, ut videtur, edita, hic describatur: μετριαστική ἐστι δι' ἧς πρός τινα τῶν ἀγαπωμένων θαρρικῶς μετριάζομεν. Ἡ ἐπιστολή. Τῆς ὀργῆς οὔπω μοι (an με?) ἀφῆκας τὸν σὸν, ἀλλ' ἔτι χαλεπαίνεις ἡμῖν καὶ τὴν ἀνίαν κρύπτεις προσηνῶν ῥημάτων προσχήματι, ὥσπερ οἱ ἐν αἰθάλῃ σπινθῆρα πυρὸς ταμιεύσαντες· ἐκκάθαρε λοιπὸν τῆς σῆς καρδίας τὴν λύπην, καὶ τὸν σὸν μὴ θέλε θλίβεσθαι. Quod si Procli legitimus sit hæc epistola fœtus, imminuetur valde Theophylacto sophistica gloriola. Sed fere crediderim nec Procli nec Libanii esse, quibus attributus fuit, libellum de conscribendis epistolis, saltem integrum, et accessionibus alienis subinde auctum fuisse. Ex accessionibus una fuerit hæc de Theophylacteis desumpta epistola. Fuit et pro libitu docentium immutatus. Sic epistola consolatoria, quæ eo modo in Commeliniana editione p. 22 composita exstat quem facile laudes, magistello cuidam displicuit qui eam oratione minus bona, sed pia magis, sic refinxit in codice 1630: λίαν ἡμᾶς ἡ ἀποβίωσις τοῦ μακαρίου τοῦ δεῖνος ἐλύπησε, καὶ πενθεῖν καὶ δακρύειν ἠνάγκασε· τοιούτου φίλου γὰρ σπουδαίου καὶ παναρέτου ἐστερήθημεν· δόξα οὖν καὶ αἴνεσις τῷ ἐν σοφίᾳ καὶ ἀκαταλήπτῳ δυνάμει καὶ προνοίᾳ κυβερνῶντι θεῷ τὰς διεξόδους τῷ θανάτῳ, καὶ τὴν ψυχὴν ἑκάστου, ἡνίκα συμφέρει, παραλαμβάνοντι.

(6) Vatic., πρεσβεύονται λόγοι. Editi, καὶ θαλάσσης. A, καὶ θαλάττης. B, καὶ τῆς θαλάσσης. Et esse καὶ θαλάσσης puto in Vaticano.

(7) B, ἐλέῳ. Unice verum esse ἐλαίῳ probant quæ disputat auctor Q. Phys. c. 7, p. 15, ubi vide quæ notavi. Nomina illa duo sunt valde permutabilia: vide mea Anecd. t. 1, p. 434.

Epist. κθ'.

(*) Non est Epistola in B.

(1) Editi sic. Matrit., ἧκέ μοι πρὸς τὸ ὕλεον. A, ἧκέ μοι πρὸ τοῦ λαοῦ· ἧκέ μοι πρὸς τὸ ὕλεον. Reprehendit Kimedoncium Bernard. ad Nonn. t. 2, p. 78, quod verterit : « veni ad me mane crastino » ; et ipse vertit, « veni ad me *mane crastino* ad illam fori partem ubi « oleum prostat venale in mensis » ; rectius modo abesset *mane;* quod ipse damnavit in Actis Soc. Traj. t. 1, p. 209. Versio editionis Genevensis, « veni mihi cras ad oleum », si non nitida, saltem est fidelis. Græci, præsertim Attici, a rebus nominabant loca ubi res venibant et ubi venditores stabant. Narrat Athenæus 8, 27, Hyperidem ποιεῖσθαι τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς ἰχθύσιν. Hunc dicendi modum jam tractavi multis ad Eurip. Med. 68, quibus adde monita Bernardi Act. Traj. t. 1, p. 208; Kochii Obs. in Tim. p. 60; Peerlk. ad Muson. p. 315; Wolfii ad Reiz. De accent. p. 76. Ibi etiam indicavi præivisse Theophylacto Menandrum Eustathii, Fr. inc. 339 : Μένανδρος « ἀναμενῶ σε » φησί « πρὸς τοὔλαιον », ἤγουν ἔνθα πωλεῖται τὸ ἔλαιον.

(2) Editi, ἐνδημήσαιμι. A, ἐκδημ. Confusio frequens est præpositionum ἐν et ἐκ. Philostratus V. A. 3, 1 : καί τι καὶ μύρον ἐνδίδοται τῶν δένδρων. Conjecit Bernardus ad Pallad. p. 81, ἐκδίδοται, quod exhibet recte codex 1696, qui et altero καὶ caret opportune.

(3) Ad Aristæn. p. 316, proposui δαιτυμὼν ἔσο μοι· recte quidem puto (cf. Ep. 44), sed citra necessitatem.

(4) Sic A. Editi, τὰς ἀπ. τοῦ ποιμνίου. A Comm., ἀναθήσαιμι. Ald. VG, ἀναθήκαιμι.

(5) A, μου. Cf. Epist. 14. Mox A, εὐκόλως, pro εὐγόνως.

(6) Comm., συμπλέκεται. Ald.VGA, ἐμπλ. Cf. p. 263, n. 6. Statim A, καὶ φιλεσύν. Comm. [καὶ] φιλ.

(7) Comparat H. Stephanus in Thesauro Tibullianum : « Me

« mea paupertas vitæ traducat inerti ». Ad proximum εὐκαταφρόνητον comparari poterit Juvenalis versus : « Nil habet infelix paupertas durius in se, Quam quod ridiculos homines facit ». Tractat Stephanus et sequens nomen κατηφὲς in Thesauro. Sæpe testimonio Theophylacti usus est magnus lexicographus.

(8) A, καταχρ. νοσεῖν. Est νοσεῖν μανίαν et Epist. 60. Mox A, ῥίψ. σῦν. Sed τοίνυν est ex vocabulis isti homini amatis.

(9) Editi, μεταστησώμεθα. A, μεταβησόμεθα.

(10) Ald.VG, ψυχῆς. Jacobs. ad Philostr. Imagg. p. 713 proponit τύχης. Est τύχης in A et Commel. Cf. ad Epist. 41, n. 2; ad Epist. 76, n. 2.

Epist. λ'.

(*) Matrit., Ῥοσίνῃ. Carent epistola A et B.

(1) Commel., [τὸ καὶ τό]. Pindarus sæpe τὰ καὶ τά. Æschylus Suppl. 448 : Ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι. Demosth. in Mid. § 39.

(2) Dorvillius ad Charit. 2, c. 9, p. 328, legere jubet τὴν αἰνέτιν vel τὴν ἀναίτιον : Jacobs. ad Anal. t. 12, p. 49, τὴν γαμετήν : Bernard. in Actis Soc. Traj. t. 1, p. 199, τὴν αἰνὴν, aut τὴν δεινὴν, aut τὴν εὐνέτιν, aut τὴν Αἰητὶν, quam ultimam conjecturam, quamvis pessimam, iterum proposuit ad Nonn. t. 1, p. 375. Equidem miror tanta in loco et sano et facili conamina. Fuit, vel fuisse Rhodinæ videtur, laude digna, αἰνετὴ, Medea ante natorum cædem.

(3) Ovidius Nuce 23 : « Nunc uterum vitiat, quæ vult formosa « videri ».

(4) Bernard. ad Nonn. t. 2, p. 142, γῆν pro δίκην hic esse dictum putat, quod fuerit Γῆ inter Themidis nomina, citatque Æschyl. Prom. 218. Potius crediderim meliores codices aliam esse daturos lectionem. Et, vel servato γῆν, sensus esse videtur terram succensere Calliopæ, quod, liberis sic vita privatis, ipsam incolis privet.

Epist. λα'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Gregorius Naz. Or. 34, p. 554 : ταὼς ὁ ἀλαζὼν ὄρνις καὶ Μηδικός.

(2) Gregorius l. l. : αἰσθάνεται οἰκείου κάλλους. Sunt et ibidem alia conferenda cum Theophylacteis. Vide et Achillem Tatium 1, c. 16, pavonis elegantiam sophistice describentem, cum notis Jacobsii pag. 476.

(3) Kimedoncius : « in qua re tamen modestior videtur esse « pavo fœmina ». Versio Genevensis : « ea re etiam fœmina inferior « esse videtur ». Alia est Theophylacti sententia, scilicet : « ea pul- « critudine fœminam etiam victam ac captam cedere amori vi- « detur ». Achilles Tat. l. l. : ὅταν γὰρ (omisso γὰρ in cod. Veneto 409) ἐπαγαγέσθαι θέλῃ τὴν ἐρωμένην, τότε οὕτως καλλωπίζεται (ὁ ταώς)..... Sunt in nota Jacobsii alia huc apprime facientia.

(4) A, κάλλος τοῖς ὁρῶσι. In codicibus sæpe fiunt transpositiones vocabulorum, ut criticus quid eligat nesciat, in prosaicis præsertim scriptoribus; est etiam vel in poetis ambiguitas. Aristophanes Ran. 460 : Ἄγε δή, τίνα τρόπον τὴν θύραν κόψω ; τίνα ; Codex 2712 : τρόπον τίνα. Potest de electione nonnihil esse dubitationis. Equidem malim editam lectionem ob numeros meliores, et quod τίνα sit eodem versus loco v. 120 : Φέρε δή, τίν' αὐτῶν σοι φράσω πρώτην ; τίνα ;

(5) Editi, ἐφέζῃ συγγρ. A, ἐπωάζεις συγγρ. Hemsterhusius, ad Thomam Mag. p. 362, citat e cod. Palatino ἐπωάζει γράμμασι, et legere suadet ἐπωάζεις γράμμ. Hoc omnino fuit recipiendum, cujus ἐφέζῃ est glossema.

(6) Editi, ἐγκαλ. A, συγκαλύπτεις. Præpositiones ἐν et σὺν sæpissime confusæ sunt, præsertim quando præcedens vox litera ς terminatur. Sic Epist. 29 variatur inter κεκτημένοις ἐμπλέκεται et κεκτημένοις συμπλ. Sic Epist. 41, pro κακοῖς ἐμβεβλήμεθα, est κακοῖς συμβ. in A. Joannes Monachus Vita Barlaami inter mea Anecdota t. 4,

p. 192 : τὸ συμβὰν ὁ βασιλεὺς σὺν ἀθυμίᾳ πολλῇ καὶ ἀδημονίᾳ διηγεῖται. Codex 1128, ἐν ἀθυμίᾳ. Cf. n. 8, ad Epist. 62.

(7) A, ἀνεπιδεικνύτους.

(8) Editi, ἐστιν ὑμᾶς. A, ὑμᾶς ἐστι. Est ὑμᾶς pro σέ. Non desunt exempla. Apud Choricium in Summum § 9 est ὑμετέροις pro σοῖς, ὑμετέρας (nam sic e codice lego pro edito ἡμετέρας) pro σῆς, et ὑμᾶς pro σὲ, ac § 20 ὑμῶν pro σοῦ. Photius Epist. 18, ad imperatorem Michaelem : τῆς ὑμετέρας θεοστεφοῦς βασιλείας. Chalcidius Comm. in Tim. § 4, Osium suum alloquens: « jubentibus vobis mos erat ge« rendus » Vide Reisk. ad Constant. p. 231, C; Falster. Amœn. philol. t. 2, p. 197; Jacobs. ad Agathiæ Epigr. 74, et ad Anal. t. 13, p. 618.

(9) A, εἰ δὲ ὄκνω τὴν ἀν. ταμιεύῃ.

Epist. λε'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Editi, δεῦρο ξυναυλίαν, γερ. κλαύσωμεν. A, δ. τὴν ξ. ὦ γερ. κλ. Poteram ὦ negligere. Proclives sunt librarii in eo vocativi signo inculcando. Dicet γερόντιον vocative sine ὦ Epistt. 50, 56. Neglexi τὴν ob locum Equitum v. 9, quem respexit : δεῦρο νῦν πρόσελθ', ἵνα ξυναυλίαν κλαύσωμεν. Vide Hemst. ad Luc. D. Mar. 3, 2; et quæ notavi ad Anecd. t. 1, pp. 277, 455.

(2) A, ὁ ποτ. γάρ. Oratio bene carebit conjunctione. Sic sæpius nec sine vi per asyndetum auctor sententias componit. Melius eam dabo Æneæ Gaz. Theophr. p. 8 : ἀλλὰ παρ' αὐτὸν ἴωμεν· παρ' ἐκείνου μάθοις ἂν ὅτι ζητεῖς. Codex 1058 : παρ' ἐκ. γὰρ μάθοις ἂν ὅ,τι ζητεῖς. Versum pessumdat eadem conjunctio epitaphii Basilii Bulgaroctoni, quod recitat doctissimus simul et indiligentissimus Cangius notis ad Zonaram p. 109. Integrum adponam, qui et alia menda tollam : Ἄλλοι (an ἄλλη?) μὲν ἄλλοι τῶν πάλαι βασιλέων Τόπους προηυτρέπησαν (leg. προηυτρέπισαν) εἰς ταφὴν ξένους· Ἐγὼ δὲ Βασίλειος, πορφύρας γόνος, Εἴστιμι (leg. Ἵστημι) τύμβον ἐν μέσῳ γῆς ἑβδόμου, Καὶ σαββατίζω τοὺς ἀμετρήτους πόνους, Οὓς ἐν μάχαις ἔστεγον, οὓς ἐκαρτέρουν. Ἀφ' οὗ γὰρ

βασιλέα θεὸς κέκληκέ με, Οὐ γάρ τις εἶδεν ἠρεμοῦν ἐμὸν δόρυ, Καὶ μαρτυροῦσι τοῦτο Σκύθαι καὶ Πέρσαι, Σὺν οἷς Ἰσμαὴλ, Ἄβασγος, Ἴβηρ, Ἄραψ. Delendum omnino γὰρ post ἀφ' οὗ, quo præsente versus fit syllaba una longior, ac forsan transponendi versus : Οὐ γάρ τις ... Ἀφ' οὗ βασιλέα ... Malim etiam transponi Πέρσαι καὶ Σκύθαι, Ἄβασγος (aut Ἀβασγός), Ἰσμαήλ. Vel in politicis iambicis spondæus sedum parium vitandus est. Sunt tamen spondæi exempla, ac, si alius foret descriptor, non Cangius, in pravo nominum ordine acquiescerem.

(3) A, ὀρχήσατο. Nonnunquam librarii imprudentes augmentum delent, vel addunt importune. Æschylus Suppl. 142 : ἀχείματόν μ' ἔπεμπε· codex 2886, ἀχ. με πέμπε. Lucianus Pro imagg. 7 : Νηρεῦσιν ἐκείνη ἀντεξετάζετο. Codex 2956 rectius, ἀντεξητάζετο. Theophylactus Hist. 3, 2 : περισχίζετο γὰρ τὸ τοῦ στρατοπέδου σκηνοπήγιον· emendaturientem περιεσχίζετο reprimit quod sequitur præsens λωποδυτεῖται, et potius rescribam περισχίζεται. Psellus Cangii ad Zonar. p. 110 : φιλοσόφοις ὁμίλει καὶ ῥήτορσι, καὶ περὶ τούτων μᾶλλον ἐσπουδάκει ἢ τὰ δημόσια. Repono e cod. 1182, p. 113, 2 : ὡμίλει, et insuper bene τούτους. Psellus iterum in Cantic. p. 309, ad 4, 13 : Ἀποστολαί σου γάρ, φησιν, ἤγουν αἱ διδαχαί σου Παράδεισος πεφύκασιν ῥοῶν ἀγλαϊσμένος. Codex 2087 : πεφύκασι ῥοῶν ἠγλαϊσμένων. Ibidem p. 325 : Ὅτι τὴν φύσιν τῶν βροτῶν (Codex, φ. τὴν ἐμήν) τὴν ἐκπεσοῦσαν πάλαι Ὁ Λόγος ἀναζήτησεν ὁ ταύτην πλαστουργήσας· imo ἀνεζήτησεν, ut codex. Theodorus Prodr. Rhod. 3, p. 117 : πῶς δ' οὐκ ἂν, εἰ γίγνοιτο καθάπερ λέγεις, Θεοὶ παροργίζοντο τοῖς τελουμένοις; imo παρωργίζοντο. Cf. ad Epist. 9, n. 5.

(4) Editi, νεογόνα. Malui νεόγονα ex A. Et in Stephani Thesauro sub Ἐπιβυθίζω scriptum fuit νεόγονα.

(5) A, ἐθέλειν. Sic corrupta desinentia olim τυγχάνειν pro τυγχάνει legebatur apud Dionem Chrys. Or. 6, p. 199. Quod restituit τυγχάνει Reiskius inveni in codice 3009.

(6) Editi, ἀπαίρειν· ἐμφ. γάρ. Vide not. 6, ad Epist. 5.

(7) A, ἐθέλει, solœce. Demetrius Cydon. de contemn. morte p. 18 : ὅταν αὐτῶν οἱ παιδαγωγοὶ τοὺς ἀστραγάλους ἤ τι τῶν τοιούτων ἀφαιροῦνται· imo ἀφαιρῶνται. Idem p. 104 : ὅταν τὸ ταύταις φαινόμενον

καὶ αὐτῇ συνδοκεῖν ἀναγκάζουσιν· imo ἀναγκάζωσιν. Passim bona syntaxi utitur Demetrius; mala ejus est librariorum. P. 144 : ἂν δὲ διά τινα κακίαν (melius κάκην in codice 963) ἀγνοήσῃ τὸν ἑαυτοῦ πόθον. Pag. 103 : ὅταν ὄψις αὐτοῖς οὐ περῇ· codex 963 παρῇ, quod jam editum in περῇ pessime mutavit Kuinœl.

(8) Ald.VG, ἱκετεύομεν. A Comm., ἱκετεύοιμεν. Editi, κεκτήμεθα. A, ἐκεκτ.

(9) Editi sine αὐτὸς, quod absens non valde desideraretur. Additum non caret sua vi. Marinus Vita Procli p. 10 : τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ' αὑτήν. Ibi vide notam, coll. nota ad Aristæn. p. 278. Theodorus Prodr. Rhod. 2, p. 66 : Ἀλλὰ λογισμῶν ἐμβολαῖς ἀντιῤῥόπων Αὐτὸς κατ' αὐτὸν ἐμμανῶς ἀνθιστάμην, Καὶ, μὴ προσόντων δυσμενῶν στρατευμάτων, Εἰς γοῦν ἑαυτὸν τὴν μάχην ἀντεκρότουν. Puto legendum αὐτὸς καθ' αὑτοῦ. Sic 3, p. 138 : Αὐτὸς καθ' αὑτοῦ καὶ κατὰ σπλάγχνων μέσων Τὰ προστυχόντα τῶν ξιφῶν ἀκοντίσας. Et 5, p. 213 : Αὐτοὶ καθ' αὑτῶν ὥσπερ ἐξωπλισμένοι.

(10) Ald.VG, ὄμβροι πλουτήσαιεν. Comm., ὄμβρος πλουτήσαιε. A, ὄμβροις πλουτήσειεν.

(11) A, χαλινεῖ. Pari confusione Epist. 65, n. 3, ἐνδημοῖ pro ἐνδημεῖ. Theodorus Prodr. Rhod. 7, p. 325 : Τί γοῦν, ἔφη, τὸ λεῖπον ἢ καλοὺς νέους Καὶ τοὺς ἐν ἀκμῇ τοῦ χρόνου θύειν θεοῖς· malim τὸ λοιπόν.

Epist. λγ'.

(1) A sine πυθικοῦ. Supra Q. Phys. p. 14, 3 : ὥσπερ ἔκ τινος τρίποδος πυθικοῦ τὰς ἀποκρίσεις ποιούμενος· ubi πυθικοῦ codices obtulerunt quo carebant editiones. Loquutionem ipsam multis illustravi ad Eunap. p. 285. Vide et quæ monui ad Anecd. t. 5, p. 361. Psellus De operat. dæm. p. 65=p. 24 : ταῦτά μοι τὸ κάθαρμα καθάπερ ἀπὸ τρίποδος χρησμοδοτοῦν ἀπεφοίβαζεν. Idem Opusc. p. 144 editionis futuræ : πυθόχρηστος ὑμῖν γενήσομαι, μᾶλλον δὲ τρίπους δελφικὸς αὐτοπύθιος. Procopius Epist. 90 Maianæ : καλὸν μὲν γὰρ ἀπαρόντων ὑμῶν ἀπολαύειν ἀεί· δεύτερος δὲ, φασὶ, πλοῦς τοῖς ἀποῦσι διὰ γραμμάτων προσομιλεῖν· πλὴν εὐδαίμονες ὄντως οἷς διέπεις τὰ δίκαια, καθάπερ τινὸς τρίποδος τῆς σῆς ἐξηρτημένοι φωνῆς. Importunum ἀ in ἀπαρόντων vel deleatur

omnino, vel abeat in τῶν. Seneca Consol. ad Pol. 33 : « aliud ha« bebunt hoc dicente pondus verba, velut ab oraculo missa ». Idem De brevit. 2 : « quod apud maximum poetarum more ora« culi dictum est ». Terentius Andr. 4, 2, 15 : « non Apollinis magis « verum atque hoc responsum est ».

(2) Aristophanes Pl. 210 : Βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως. Ibi schol. Porphyrius De abst. 3, 8, p. 234 : τίς μὲν γὰρ ἀνθρώπων τοσοῦτον βλέπει (οὐδὲ γὰρ ὁ μυθευόμενος Λυγκεύς) ὅσον ὁ δράκων; Ibi Rhoer. et Burigny. Cleomedes 2, p. 84 : διά τε τοίχων στερεῶν καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ὁρᾷν, ὡς ὁ Λυγκεὺς μυθεύεται : ubi Balfor. et Bak. Iamblichus Adhort. c. 8; ubi Kiessl. Theodorus Prodr. Rhod. 7, p. 297 : Ἡμῖν δὲ καθεύδουσιν οὐδένα χρόνον, Ἀεὶ δὲ γρηγοροῦντες οἱ κακόσχολοι Ὀξύτερον βλέπουσιν αὐτοῦ Λυγκέως. Ibi non minima est difficultas in accentu vocis κακόσχολοι, quam tollet, vel explicatione minuet futurus Theodori editor. Adde Schol. Plat. p. 247; Athen. 3, c. 8; Schol. Luc. ad Icarom. 12; interpretes ad ejusdem Hermot. 20; Olearium ad Liban. t. 2, p. 49; Walz. ad Arsen. p. 386, n. 25; Fischer. indice Palæphateo. Apuleius Metam. 2, p. 36 : « vides hominem ferreum et insomnem, certe perspica« ciorem ipso Lynceo vel Argo, et oculeum totum » : ubi Priceus videatur, si tanti est.

(3) A, οὐ Καλλίμαχος. A sine τῷ. Reddam articulum, quo carere non potest absque magno damno, Psello in Cantic. p. 326 : ἁμαρτωλοὺς ἀνθρώπους Οἵτινες μὲν τάλαντον λαβόντες τοῦ δεσπότου Εἰς γοῦν αὐτὸ κατέχωσαν. Legas οἵ τινες τὸ μὲν τάλ. et εἰς γῆν. Hoc facile conjecerat Meursius, ad illud cæcutiens. Velim tam bonam facere medicinam Theodori Prodromi breviori versiculo Rh. p. 70 : Ἀλλ' οὐ Λύσιππος εἰς γένος, γέρας, τύχην, Ἐνδεῖ Στράτωνος, ἀλλ' οὐδὲ Φρύνης Μήτηρ ἐμὴ Φίλιννα δυσγενεστέρα. Sed codice destitutus experiar tantum quid arte valeam. Forsan igitur rescribendum : ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Φρύνης. Est formula alibi et eadem sede apud Theodorum. Sic 7, p. 306 : Καλὸν τὸ χεῖλος, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ στόμα. Rursus 5, p. 190 : εἰσκαλεῖ τοὺς σατράπας Τοὺς χερσομάχους, ἀλλὰ μὲν καὶ ναυμάχους : imo ἀλλὰ μήν. — In Simocattæ loco verba ὀξυτάτῳ τῷ τοῦ κόρου πτερῷ, quæ sunt ingeniosa, non abludunt ab Homerica phantasia. Poetæ enim Od. 4, 103, αἰψηρὸς κόρος dictus fuit. Quum rarissima fortuna redemptorem sim nactus cui longæ notæ placent, dicam quod

mihi notandum subministrat nomen illud αἰψηρὸς vel λαιψηρός. Exstat in Anthologia Palat. 1, 77, epigramma de vidua quæ Eliam nutrivit : Βλύζει λαιψηρὴ κάλπις καὶ κίστη ἀλεύρου, Ἔμπεδον ἡ χήρη οὕνεκα πίστιν ἔχει. Quæ proposita fuit ab eximio interprete adjectivi λαιψηρὴ explicatio non potest satisfacere. Poetaster, qui ἀλεύρου meminit, debuit et ἐλαίου meminisse. Legendum puto, βλύζει ἐλαιηρὴ κ. Vide ad rem ipsam quæ narratur 3 Regg. 17, 14; et conf. Anecd. mea t. 5, p. 250.

(4) Cf. ad Epist. 22, n. 10.

(5) B sine πολλά. A, ὅρκοις πείθουσαν μὴ πιστεύει γαλάτειαν· ὅρκων γὰρ τοῖς. Mox editi et A, καὶ πράττ. καὶ φθ. B, πράττουσί τε καὶ φθ. ἃ νομ. Infra A sine ἐστιν.

Epist. λδ'.

(*) Epistola non est in B. Fuit edita a Schœttgenio in Præfatione ad Themistoclis Epistolas § 12, propter fictum illud Themistoclis nomen.

(1) Ald.VG, διαμυθολογήσωμαί σοι. Lucianus D. D. 20, 16 : βούλει ἐπομόσωμαι. Non invitus legerim e codice 1310 : βούλει οὖν; ἐπομόσομαι. Celerum nihil esse incertius potest. Cf. Epist. 61 init.; cf. et Gregorius Naz. Epist. 1, unde sibi colorem sumsit auctor : ἐπειδή μοι τὴν σιωπὴν ἐγκαλεῖς καὶ τὴν ἀγροικίαν, ὦ καλὲ καὶ ἀστικὲ, φέρε σοι δὴ καὶ μυθολογήσω μῦθον οὐκ ἄμουσον, εἴπως ἄρα ταύτῃ γε δυναίμην ἐπισχεῖν σε τῆς φλυαρίας. Codex 2991, A : ὦ λάλε καὶ ἀ. φέρε σοι διαμυθολογήσω ... εἴπως ἀλλὰ ταύτης γε δ. Quibus e quatuor varietatibus priores duas editæ scripturæ prætulerim.

(2) A, τὸν Ὀλύμπιον. Ald.VG sine τόν. Comm., καὶ [τὸν] Ὀλ. Editi sine παρασχεῖν αὐτοῖς. Epist. 28 : τοῦτο γὰρ οἱ ἡμέτεροι λόγοι πρεσβεύονται.

(3) Sic τὸ λυποῦν Epist. 31. Aristænetus 2, 3 : πειρῶ τὸ λυποῦν εἰς δύναμιν θεραπεύειν. Ibi not. p. 637. Heliodorus 4, 5 : μηδὲ χορήγει τῷ λυποῦντι μέγεθος σιωπῶσα.

(4) Libanius, Fabula tertia, quæ his verbis in Reiskiana incipit: ἔδοξε τῷ Διῒ βασιλεῦσαι (imo βασιλεύεσθαι, quod fert codex 2918) καὶ τὸ ὀρνίθων γένος· Libanius igitur: ἐκαλλώπιζετο γοῦν τὰ ὄρνεα τὰ μὲν ἐν κρήναις, τὰ δ' ἐν πηγαῖς τε καὶ λίμναις, καὶ τῶν πτερῶν ἐξεκαλεῖτο ὁπόσα ἑαυτοῖς ὥραν οὐκ ἔφερον· multo melius ἐξωθεῖτο in eodem codice. Junguntur πηγαὶ καὶ λίμναι supra p. 26, 6.

(5) Editi, ἐνεδείκνυτο. A, ἐπεδ.

(6) A, ἰδίαν. De permutatione adjectivorum ἴδιος et οἰκεῖος jam egi pag. 187, n. 4. Exemplum vide in meis ad Eunapium notis p. 602 ex Themistio et in ea ipsa de graculo narratione. Præstare nunc οἰκείαν videtur, vitandæ causa cacophoniæ quæ fere erit in ἰδίαν δεδιώς.

(7) A, ἐνόθευεν. De quo verbo ad Epist. 3, n. 6.

(8) Ald.VG, εὐπρέπειαν. Comm., ἀπρέπειαν. De permutatis α et ευ jam ad Epist. 15, n. 6. Choricius Villois. p. 56: ἄηθες μάλα καὶ γελοῖον. Bene codex 2957, εὔηθες. Ibid. edito recte ἀποδράντας, notat Villoison., vel potius Villebrun., esse male in cod. εὐποδράντας. Male legebat; est bene in cod. ἀποδρ.

(9) Tzetzes, qui hanc fabulam narrat Chil. 8, Hist. 205, Nostri fuit memor: Καὶ εἰ μὴ γλαὺξ, γνωρίσασα πτερόν τι τῶν οἰκείων, Πρώτη ἀφεῖλε τὸ αὐτῆς καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως, Καὶ κολοιὸς ὁ κολοιὸς ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐφάνη, Ὀρνέων πάντων βασιλεὺς ξένοις πτεροῖς ἐφάνη. Cum verbis γέγονεν ὁ κολοιὸς κολοιὸς conferam Lucianea Dem. Encom. 24, ubi dicitur Proteum, consumtis frustra omnibus omnium rerum formis, αὖθις αὖ πενίᾳ μορφῆς ἐπεισάκτου Πρωτέα γενέσθαι. Gregorius Naz. t. 2, p. 15, B: Ποιμὴν δὲ δειχθεὶς ἐκ κυνῶν, ἐκ ποιμένων Πάλιν κύων πέφηνε.

(10) Editi sine οὗτος. A, καθ. ὕ. τ. ἀλήθειαν. φθ.

(11) Comm., μὲν [πρὸς] ὀλίγον. Est πρὸς ὀλίγον infra, et Epp. 37, 49. Cf. not. 2, ad Epist. 37.

(12) Ald.VG sine καί. Comm., [καί]. A, καί.

Epist. λε'.

(*) A, μοσχίω. Epistola non est in B.

(1) Est nomen Τυκανίας conveniens homini rustico, factum scilicet ab τυκάνη, quod est instrumentum quoddam rusticum.

(2) Cf. similia Epist. 2.

(3) Editi, ἐνεδήμησεν. A, ἐπεδ. Sic variatur Epist. 24. Permutantur etiam ἐπὶ et ἐν Epist. 34, n. 5. Aristophanes Acharn. 115: Ἑλληνικόν γ' ἐπένευσαν. Cod. 2712, ἐνένευσαν.

(4) Sic codex et editi. Quid sit nunc ἄντλη non divino, nec correctio probabilis succurrit. Dicta fuit πάχνη Epist. 47 ἀπαραίτητος τύραννος: quæ comparatio acutiores forsan adjuvabit. Ceterum si græca latine mihi forent vertenda, non vertissem, ut Kimedoncius, « tyrannicum contagium », nec ut Genevensis, « tyrannicam sentinam »; sed, si non verius, saltem non absurde, « tyrannicum multorum exantlandorum laborum onus ».

(5) An ἀρότων? Permutari nomina ἄροτρον et ἄροτος notum est; vide not. ad Aristæn. 1, 19, p. 501; ad Euripid. Ion. 1095.

(6) Editi, ἐκείνης. A, ἐκεῖνο, unde feci ἐκεῖνος. In fine malim ἔχοντας.

Epist. λς'.

(*) A et Matrit., Ἀντίγονος Αυσ. Epistola non est in B.

(1) Homines eadem periphrasi dicti fuerunt οἱ ὑπὸ σελήνην Epist. 10, ubi vid. n. 6. Psellus Opusculis ineditis, p. 40 futuræ editionis: ἀνιχνεύουσα γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν σελήνην πάντων τήν τε οὐσίαν καί...

(2) A, πεισθῶμεν. — De illa pictorum phantasia Amores pingentium alatos vid. Epist. 54, n. 9.

(3) Editi, τὸν πολ. A, τὸ πολ. Quum de Amoribus loquatur, non

de uno Amore, τὸν πολέμιον non potuit servari. Eadem ellipsi τὸ πολέμιον dictum est, qua τὸ Ἑλληνικὸν, τὸ Αἰολικὸν, quam tractavi ad Philostr. Her. p. 355. Noster Hist. 2, 2 : παρεδριμύττετο τὸ πολέμιον. Et 2, 6 : τὸ πολέμιον ἦν ἀφανές. Cf. Epist. 59.

(4) A, οὕτως. Syntaxis ἐχθροὺς ἠγνοήκαμεν ὁποῖοι jam adhibita fuit ab auctore Epist. 12 : τοὺς ἐραστὰς ὁποῖοι ὄντες τυγχάνουσι τὰ Χρυσογόνης βασανίσειεν ἔθη. Eam tractavi ad Aristænetea 1, 5, p. 314 : οἶσθα τὸν νέον ὡς ἐρωτικός : et cf. mea notula ad Agam. 474. Terentius Andr. 3, 2, 23 : « Pernosti me qualis sim ».

(5) A, ἐκτόπου. Aristænetus 1, 13 : τῆς ἐμῆς γαμετῆς ἐκτόπως ἐρᾷ· ubi not. p. 425.

(6) A, μήτε. V, μηδέ. Ceteri, μὴ δέ. Posidonius Athenæi 5, 50 : λέγω ... τὰ μηδέποτε ἐλπισθέντα, μηδὲ ἐν ὀνείρῳ φαντασθέντα. Theocritus 20, 5 : Μή τύ γέ μευ κύσῃς τὸ καλὸν στόμα μηδ' ἐν ὀνείροις. Moschus Megara 18 : τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἤλυθεν ἄλλῳ. Ibi Longopetræus exemplis formulam negandi οὐδ' ὄναρ illustravit, cui adde Walz. ad Arsen. p. 390. Epigramma Anth. Pal. 12, 99 : Ἠγρεύθην ὑπ' Ἔρωτος, ὁ μηδ' ὄναρ οὐδὲ μαθὼν περ Ἄρσενα ποιμαίνειν θεσμὸν ὑπὸ κραδίης. Tentatus fuit prior versus ob negationes male sibi succedentes μηδὲ οὐδέ. Propono, ὃ μηδ' ὄναρ οὐκ ἔμαθόν περ. Erit ὃ pro ὅς, quod poetis licet. Et est etiam varietas οὐδέμαθόν περ.

(7) Jacobsius est hoc loco usus ad Achillem Tat. 1, c. 13, ubi narratur Callisthenis amor, qui quum audiisset esse pulchram Sostrati filiam, ejus nunquam a se visæ ἦν ἐξ ἀκοῆς ἐραστής. Et de parili amore ex fama nato scripta Philostrato Epistolarum sexta.

(8) Editi sine ἐξ αὐτῆς. Sic sibi succedentes ἐξ et ἐκ non multum habent ornamenti. Placeret magis διὰ τῶν ὀφθαλμῶν. Achilles Tat. l. l. : τοσαύτη γὰρ τοῖς ἀκολάστοις ὕβρις, ὡς καὶ τοῖς ὠσὶν εἰς ἔρωτα τρυφᾶν, καὶ ταῦτα πάσχειν ἀπὸ ῥημάτων ἃ τῇ ψυχῇ διακονοῦσι τρωθέντες ὀφθαλμοί.

(9) A, εἶθε πάσχειν. Ald.VG, εἰώθειν π. Comm., εἴωθα π.

(10) A, τοσαῦτα φύσεις. Scripsit librarius ita ex permutatione solita vocalium ει et ι. Procopius Gazæus Monodia, in Yriartæ Ca-

talogo p. 265 : οὗτος δὲ εἰ μὲν ἀναστήσεται καὶ ὑψωθήσεται καὶ ἑδραιωθήσεται ἢ συντελεσθήσεται, οὐκ ἐμὸν εἰδέναι· τὸ δ' ἐμὸν, εἰ ἐπιδιώσω, εἰ εἰσέλθω, εἰ εἴδω, εἰ προσκυνήσω, εἰ θεοκλυπτήσω, θεοῦ ἄρα τοῦτο κἀκεῖνο εἰδότος. In codice 1182, qui Psellum, non Procopium, auctorem monodiæ inscribit, legitur recte ἴδω pro εἴδω, et θεοκλυτήσω, et, præteritis verbis καὶ ὑψωθ. καὶ ἑδρ., exhibet ἢ συντ. καὶ καλλωπισθήσεται.

(11) Editi, ἐριννῦς ἐστι τὴν θεωρίαν. A, βρινός ἐστι τὴν θέαν. Videtur fuisse Ἐριννὺς scriptum ab emendatore pro vera lectione quæ latet in nomine βρινός. An Φρύνη? « Utrum referat vultu Phrynen illam « ignoro ». Statim editi εἴτε φαντ. A, ἢ καὶ φ.

(12) V, μάρτυρ. Editi, ἀξιόχρεως πρός. A, ἀξιόχρεός ἐστι πρ.

(13) Editi, κἀκεῖνο. A, κἀκείνῳ· scilicet τῷ Πανὶ, cujus nomen latet in adjectivo πανικῆς. Qua syntaxeos brevitate sæpe veteres loquebantur. Psellus Opusc. ineditis, pag. 152 editionis futuræ : τὴν δὲ ἑρμαϊκὴν μονάδα καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἀνδρὸς τούτου συγγράμματα· scilicet Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου, cujus nomen repetendum ex adjectivo ἑρμαϊκήν. Tzetzes Chil. 8, 223, ubi Kiesling. Major scriptor Æschylus Theb. 172 : μήτ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ ξύνοικος εἴην τῷ γυναικείῳ γένει· Κρατοῦσα μὲν γὰρ ... scilicet γυνὴ, nomine sumendo ex adjectivo quod præcedit, γυναικείῳ. Vide Porson. ad Hec. 22 ; Class. Diar. Valpyi t. 23, p. 316 ; Coray. ad Isocr. p. 245. Plutarchus Sylla 7 : τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς προεσήμηνε. Corayus αὐτοῖς intelligit de Romanis, quorum nomen extrahit ex præcedente nomine Ῥώμην. Intelligere ego malim αὐτοῖς de Mario ac Sylla. — Panis in Echo nympham amorem jam tetigit Noster Quæst. p. 18. Ἐγὼ δὲ, deaster ipse ait in Luciani D. D. 22, 4, τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ σύνειμι : ibi Hemsterh. Vide Schweb. ad Mosch. 7, 1 ; Jacobs. ad Agath. Epigr. 37, 6, ad Arab. Epigr. 6, 3. Referendum etiam ad hunc Panis amorem Epigramma incert. 258 : Πᾶνά με τὸν δυσέρωτα καὶ ἐξ ὑδάτων φύγεν Ἠχώ· cui adscriptum hocce lemma in codice 2720 : εἰς ὁλκὸν ὕδατος ἠρεμῆ καὶ ἄνευ ψόφου φερόμενον, ἐν ᾧ ἄγαλμα Πανός. Apud Callistratum c. 1, Pan adest ἐναγκαλισάμενος τὴν Ἠχώ. Procopius Gaz. declamatione in meis ad Marinum notis p. 77 : τότε μᾶλλον ὁ Πὰν τὴν Ἠχὼ βοήσει οὔτε φθεγγομένην οὔτε σιγῶσαν.

(14) A, τῶν ζητουμένων.

Epist. λζ'.

(*) Editi, Εὐριάδης Κ. A et Matrit., Εὐριβιάδης Κ. B, Πλάτων Αἰσχίνῃ.

(1) A, ἀλλ' ἡ μὲν ῥημ... ζωγράφοι δὲ τῆς. Quam varietatem et protuleram in Notit. mann. t. 12, 2, p. 18, et rejiciendam monueram, quum sequentia εἰ δὲ καὶ χαίρειν δοκεῖς opponantur verbis ἀλλ' εἰ μέν.

(2) Ald.VG, μετ' ὀλίγον μὲν εὐφρανεῖς. AB Comm., πρὸς ὀλ. μ. εὐφραίνεις. Cf. ad Epist. 34, n. 11.

(3) Editi et A, ἐλύπησαν. B, ἐλύπησεν, quod et per se bonum et post εὐφραίνει melius est.

(4) Editi sine εὐθύς. B, μετὰ τοῦ ὕπνου διίστανται· A, μετὰ τοὺς ὕπνους εὐθὺς συναν...

(5) Ald.VG, δὴ τῇ. Comm., δὲ τῇ. AB, δῆτα τῇ. Editi et A, ἀπεχθήσῃ. B, ἀπεχθὴς ᾖ. B sine ψευδόμενος. Editi et B, ψόγου. A, ψόγων περισσείας. Editi et A, ὡς ἀληθ. Malui cum B omittere ὡς. Aberit adverbium ante ὑπάρχων, quod abest ante ψευδόμενος. Dari poterit id vocabuli Dioni Chrys. Or. 6, p. 203 : ἔλεγεν εἴπερ οἱ ἄνθρωποι οὕτως εἶχον, οὐκ ἂν ἑάλω ποτὲ ἡ Τροία· malim legere ἔλεγεν ὡς εἴπερ ... e codice 3009. Idem Or. 10, p. 304 : τὸν δὲ Ὀρέστην καὶ αὐτὸν δήπου ὁρᾷς ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἐγκαλοῦντα τῷ θεῷ καὶ μεμφόμενον ὁπότε μαίνοιτο, συμβουλεύσαντος ἐκείνου τὴν μητέρα ἀποκτεῖναι. Et hic mihi placet codicis ejusdem scriptura, ὡς συμβουλ. Alciphro 3, 5 : ἔστι δέ μοι συνήθης ἐπιεικῶς, καὶ μένει πάντως, ὡς οὐκ ἀγνοεῖς, μικρὸν ἄποθεν τοῦ Λεωκορίου. Codex 2720 non habet ὡς, quo quidem sublato vividior fit per asyndetum hominis moræ impatientis oratio. Sed verba μένεις πάντως sic juncta displicent. Lego : καὶ μένει (πάντως οὐκ ἀγνοεῖς) μικρόν ... Ducas Hist. p. 87, C : δοῦναι βρέφη ὁμήρους. Codex, ὡς ὁμ.

Epist. λη'.

(*) Epistola non est in B.

(1) A, διήλλαξας· αὐτὰς περδ. H. Stephanus Thesauro: « ἐξεπέτασας « accepisse videtur pro *evolare fecisti*; quæ significatio nova fuerit ».

(2) Editi, οἴνου καὶ τὸν Κ. ὀφθ. Est in A quod dedi. Eadem dativi syntaxis Epistt. 17, 81; genitivus autem est Epist. 75. Alciphro 3, 45: τίς ἔτι ἀνέξεται τῶν κακοδαιμόνων τούτων, εἰ, τοσούτου τὸ γαστρίζεσθαι πωλούντων, ὠνούμεθα κινδύνῳ τὸ ζῆν; Aliter verba disposita sunt in codice 2720: τίς ... τούτων, τοσ. τ. γ. πωλούντων; ὠνούμεθα γὰρ κινδ. τὸ ζῆν.

(3) Editi, Τεττίγων. Nihil præsidii ex A, ubi διὸ χαλεπὸν καὶ τάφον, mediis omissis. Ὀρτύγων reponendum fuit.

(4) Sic Epist. 16: καταχρημνίζουσιν ἑαυτούς. Mox A sine πρό.

Epist. λθ'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Editi, οὔτε γὰρ μάχεται πόθος. A, ἃ τεμαχίζεται πάθος. De πάθος pro πόθος cf. ad Ep. 9, n. 8.

(2) Editi, ἀνενέγκοις. Divisim in A, ἂν ἐν.

(3) A, πυρσὸν ἐρωτικόν. Sic ω et ο passim miscentur. Ducas Hist. p. 164, A: τίς ἐστὶν ὡς διηγήσεται τὴν ἐκεῖ συμφοράν; Codex ὃς, quod et Bekker. tacite exhibuit. Psellus Cangii ad Zonar. p. 110: ἀπαραίτητός τε τὸ ὀφειλόμενον εἰσεπράττετο καὶ ἐν δαπάναις τὸ χρεωστούμενον κατεβάλλετο. Codex 1182, p. 113, 1: ἀπαραιτήτως ... καὶ εὐδαπάνως τὸ χρεωστ.

Epist. μ'.

(*) Hanc epistolam ad calcem Socraticarum edidit Orellius, propter nomina, quæ finxit auctor, Socratis ac Platonis.

(1) Tzetzes Chil. 8, Hist. 161: Τὸ ἀδικοῦσι μὲν πολλοί, οὐδεὶς δὲ ἀδικεῖται, Ἐκ συγγραφῆς τοῦ Πλάτωνος προσάπτεται Σωκράτει ... Ὁ νοῦς τοιοῦτος δέ ἐστιν ὧν ἔφημεν ῥημάτων. · Πολλοὶ ἐν βίῳ ἄδικοι, ἁρπάζοντες

μυρία, Ψυχὴ ἀδικουμένου δέ τινος οὐκ ἀδικεῖται. Respexit Tzetzes Theophylacti epistolam. Quod ait sumtam esse sententiam e Platonis scriptis non nego; fontem non memini, ni fuerit, ut Socrates, Plato Theophylacteus. Joannes Chrys. De precat. Orat. 3, p. 102 : οὐδὲ γὰρ εἶπον ὅτι οὐδεὶς ἀδικεῖ, ἀλλ' ὅτι οὐδεὶς ἀδικεῖται. Καὶ πῶς ἔνι, φησὶν, ἀδικούντων πολλῶν, μὴ ἀδικεῖσθαί τινα; οὕτως ὡς ἐδίδαξα νῦν· κτλ.

(2) Libello Josephi de Maccabæis est alterum lemma : ἢ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ. Ibique primis statim verbis : αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Pro αὐτοδέσπ. est αὐτοκράτωρ in codice 3010. Ibidem § 2 : ζητοῦμεν δὴ τοίνυν εἰ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμός ... Codex : ζητουμένου τοίνυν εἰ δεσπότης καὶ αὐτοκρ. Plutarchus De am. prolis § 1 : ὁ δὲ δεσπότης ἐν ἀνθρώπῳ καὶ αὐτοκρατὴς λόγος. Gregorius Naz. Or. 24, p. 398 : ἡ περὶ αὐτῶν βίβλος δηλώσει τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις, ἡ περὶ τοῦ αὐτοκράτορα εἶναι τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν φιλοσοφοῦσα, καὶ κύριον τῆς ἐπ' ἄμφω ῥοπῆς, ἀρετήν τε φημὶ καὶ κακίαν.

(3) Editi, ἐζημίωσε. A, ἐζημίου σε. B, ζημιοῖ σε· quod placuit propter sequens σφετερίζεται. Mox, pro ἠδίκησαι, AB, ἠδικήθης.

(4) Respicit versum Homericum : Ὦ φίλοι, Οὖτίς με κτείνει δόλῳ οὐδὲ βίηφιν. Ludit auctor, ut Ulysses, in nomine Οὖτις, οὔτις, οὐδείς. Editi et A, ἀδικούμενον. B, ἀδικούμενος.

Epist. μα'.

(*) Matrit., Πηγάνῳ. Epistola non est in B.

(1) A, τουτωνὶ τὸν ἀγρόν.

(2) Editi, ψυχῆς. A, τύχης. Quam varietatem præferendam monueram ad Anecd. t. 1, p. 103. Et τύχης proposuit Jacobs. ad Philostr. p. 713. Cf. supra n. 10, ad Epist. 29.

(3) A, κακοῖς συμβεβλ. Cf. ad Epist. 31, n. 6.

(4) De ἐρυσίβῃ monui ad Anecd. t. 1, p. 103. Joannes Chrys. Sel. p. 8 : λυμαίνεται δὲ καὶ ληίων κόμαις ἐρυσίβη. Ut hic, junguntur

a Xenophonte Œcon. 5, 18, ἐρυσίβαι, χάλαζαι, πάχναι. Vide Fischr. p. 136, Reynders. p. 66, Hommel. p. 142, ad Symp. Platonis eadem jungentis nomina.

(5) Joannes Chrys. l. l. : λυμαίνεται ... καὶ φύλλοις καὶ κλήμασι τὸ πονηρὸν τῶν ἀκρίδων στρατόπεδον.

(6) A, μόχθων μνησθῶ, τὰ τ. ἄ. ἀσπάζομαι. Editi, πόνων μνησθῶμεν, τὰ τ. ἄ. ἀσπαζόμεθα.

(7) Editi, ἀσπασώμεθα. A, λογίσομαι. Scripsi λογίσωμαι, vitandi solœcismi causa.

(8) Ald.VG, ἀνάδυσις. Comm. A, κατάλυσις. Quam lectionem forsan prætulerit, quem monebo de parili loco Gregorii Naz. Epist. 39 : μία μοι τῶν κακῶν ἡ λύσις ὁ θάνατος. — Statim A sine ἐστίν.

(9) Locus corruptus. A, οὐκοῦν ἀγχ. μοι τὸ φάρμακον βδελύττεται· ἐπάγει γὰρ τὸν θ. τοῖς δυστυχοῦσιν ἠλίθιον. Versio Genevensis : « itaque « laqueus mihi remedium est; odio est mihi vita : miseros enim « mortem producere stultum est ». Kimedoncius : « non igitur suf- « focationem adhibere pro remedio reformido : differre namque « mortem infortunatos stultum est ». Volebat nimirum Kimedoncius scribi οὔκουν : sed βδελύττεται passive sumtum displicet valde, et αἰωρεῖν in sensu differendi est inauditum. Alteram versionem alia premunt incommoda. In editione Stephaniani Thesauri Didotiana, sub Αἰωρεῖν, de hoc loco hæcce est animadversio : « auda- « cius αἰωρεῖν τὸν θάνατον, vitam finire suspendio, Theophylactus ». Sed ita interpretari audacius etiam esse videtur. Donec meliorem melior lectionem offerat codex, propono : οὐκοῦν ἀγχόνη μοι τὸ φάρμακον· βδελύττεσθαι γὰρ τὸν θ. vel, ... φάρμακον· βδελύττεσθαι ἄωρον γὰρ τὸν θάν...

Epist. μβ΄.

(1) AB, τοιούτους εἶναι διδάσκουσιν. Ald.VG sine εἶναι, quod verbum Commelinus uncis inclusit. Malui Aldo parere. Bene aberit εἶναι. De loquutione διδάσκειν τινὰ τοιοῦτον vide ad Epist. 21, n. 2.

(2) Editi, μᾶλλον ἤ. Malui codicum scripturam paulo rariorem. Phalaris Epist. 127 : τὴν ἄμυναν ἐπέσχηκα, σοὶ βουλόμενος οὐκ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι. Codex 1038 : σοὶ μᾶλλον βουλόμενος, οὐκ ἐκ. χ. Idque non displicet. Eumathius Hysm. 3, p. 82 : ὁ κύκνος αὐτῷ κατὰ μέρος ὠξύνετο, καὶ ἦν τὸ σχῆμα τοῖς ὀφθαλμοῖς κωνοειδὲς ἢ μᾶλλον κυκλοειδές. Codex 2897, οὐ μᾶλλον κυκλ. Forsan, κωνοειδὲς μᾶλλον, οὐ κυκλ. Æneas Gaz. Theophr. p. 36 : σωτηρία μᾶλλον, οὐ τιμωρία τὸ πάθος τοῖς ὁρῶσιν ἐφάνη. Et Noster addatur initio Epistolæ 66. Nec οἰκειότερον cum comparationis adverbio quemquam morari debet. Aliud est exemplum Epist. 52. Multa ipse protuli ad Aristænetea μᾶλλον δικαιότερον 1, 13, p. 430, et ad Anecd. t. 4, p. 429. In Hecubæ versu 375, Θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος Ἢ ζῶν, nondum credo μᾶλλον esse cum participio θανὼν jungendum, si quidem ἢ ζῶν tunc ab adverbio penderet, non ab εὐτυχέστερος, sic : θανὼν δὲ μᾶλλον ἢ ζῶν εὐτυχὴς ἂν εἴη. Vix potest versum qui legit vel audit non statim mente conjungere μᾶλλον εὐτυχέστερος. Aliam si sibi instituerit poeta syntaxim, vix unus spectatorum eam divinaverit, lectorum unus et alter.

(3) Editi, δι' εὐπορίαν. A, δι' ἐμπορίαν τοῦ ποθεῖν ἀναπίμπλασαι. B, δι' ἐμπορίαν τὸ ποθεῖν ἀναπίμπλασαι.

(4) Ald.VG, γλῶσσα. A Comm., γλῶττα. B, ἡ γνώμη τὴν γλῶτταν... θέλοντι. Nomina γνώμη καὶ γλῶττα sic antithetice opponere amant. Synesius Epist. 58, p. 202, D : ταύτην ἀπαιδεύτῳ γνώμῃ καὶ γλώττῃ τρὶς ἀνεφθέγξατο τὴν φωνήν. Idem Epist. 105, p. 250, B : οὐδὲ στασιάσει μοι πρὸς τὴν γλῶτταν ἡ γνώμη. Procopius Gaz. Villois. p. 28 : ὁ γὰρ ὑπὲρ πόλεως προβεβλημένος τῷ λόγῳ, μιᾷ γλώττῃ τὰς ἁπάντων ὑποκρίνεται γνώμας. Antiphon Stobæi t. 46, 65 : τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης. Euripides Iph. A. 1520 : ἤν τι μὴ σφαλεῖσά μου Γνώμη ταράξῃ γλῶσσαν ἐν λόγοις ἐμήν. Opposuit νοῦν καὶ γλῶσσαν Sophocles Œd. C. 925, Antig. 1083. Ducas supra p. 225, n. 2. Adde not. ad Anecd. mea t. 2, p. 160.

Epist. μγ'.

(*) A caret posteriore nomine. Epistola non est in B.

(1) Matr.Ald.VG, τεχνιτόν. A, τεχνητόν. Jam monuerat de scri-

bendo τεχνητὸν Stephanus in Thesauro duce Suida, cujus hæc sunt verba : τεχνητὸν γύναιον, δυσγενές. Philostratus V. A. 1, 21, p. 27 : ἡδίω μοι, εἶπεν ὁ Ἀπολλώνιος, τὰ ἄγρια καὶ αὐτόματα λάχανα τῶν ἠναγκασμένων καὶ τεχνιτῶν. Quod frustra tuebatur Olearius, usus et mala Theophylacti scriptura. Est τεχνητῶν in codice 1696. — A, δισγενές. Forsan δυσγενὲς voluit librarius, quod est in Suidæ loco. Servavi editum διγενὲς, præsertim quum διγενὴς a Suida sub Ἄῤῥεν, inter eunuchi nomina ponatur. Et Matrit., δυγενὲς, quod est pro διγενές.

(2) Editi, παρὰ τῇ φύσει.

(3) Editi, ὑβριστέον λυδὸς εὐνοῦχος· ἅπαντα ... A, ὕβρισεν ὀλυδρὸν εὐνοῦχος ἡμᾶς, ἅπαντες γὰρ τοῦ (additum inter lineas ante τοῦ fuit a correctore τά) σώματος μέλη γλῶσσαν ἔχειν ἀσχήμονα ἐπαγγ.

(4) A, τῶν μέν. Ald.G sine μέν. Comm., [μέν]. Excidit facile id genus vocabulum. Libanius t. 4, p. 864, 30 : καὶ τὸ τῆς ἀταξίας ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐγίνετο, κατεσκεύαστο δὲ τῇ τοῦ παιδαγωγοῦ ῥᾳθυμίᾳ. Reiskio μὲν videbatur interponendum, quod præbet codex 2918 sic scriptus : ... ὑπὸ μὲν τοῦ π...

(5) A, ἀδρανὲς γὰρ πλῆττον. Suidas huc forsan respiciens : ἀδρανὲς, ἀσθενές. Vel cogitare potuit de loco Histor. p. 4 : τῶν τε νοημάτων τὸ ἀδρανέστατον. Nam sæpius ea voce Theophylacto utitur. Inter πλήττειν ac πλῆττον potest ambigi. Visus est mihi infinitivus paulo magis exquisitus. Philostratus Imagg. 2, 17, p. 82, 14 : θηρᾶσαι μέν τι ἀδρανής. Macedonius dixit γήραος ἀδρανίην, Epigr. 25, ubi Jacobs. Psellus De oper. dæmon. p. 89 : τί οὖν τοιαῦτα ὄντα σύ τε καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων ἐσέβεσθε, δέον τῆς αὐτῶν ἀδρανείας περιφρονεῖν; qui locus sic e codd. emendatus legetur p. 32 editionis meæ, quam prelum Noribergense nunc premit ac supprimit : τί οὖν τοιούτους ὄντας αὐτοὺς σύ τε καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων ἐσέβεσθε; εἶπον ἐγώ· δέον ... Idem p. 90 : ἴδιον γὰρ τῶν ὑποχθονίων τοῦτο, καὶ καταχεύειν τοὺς προστυχόντας βολαῖς ἀδρανέσι σφόδρα. Scripsi p. 33 : ... τοῦτο, καταλεύειν ... Gregorius Naz. t. 2, p. 106, C : Οὐδὲ μέγα πνείοντες ἐν ἄστεσι καὶ πολιήταις, Ἀδρανέων ἀνέμων κάρτεϊ θαρσαλέῳ· imo θαρσαλέοι, ut est in codice 993. Idem ibid. p. 106, A : Δίζηαι μὲν ἐμῶν μύθων σθένος οὐκέτ' ἐόντων, Ἐξ οὗπερ κόσμῳ τῷδ' ὀλιγοδρανέω : ibi glossator in eodem codice, ὀλιγοδυνάμω· voluit, puto, scribere ὀλιγοδυναμῶ, saltem debuit.

(6) A, σοβαρότερον ἀποφθέγξομαι. Multus fuit ejus codicis descriptor in permutandis ω et ο. Mendum et alibi non rarum. Theodorus Prodr. Rhod. 4, p. 158 : Τοιαῦτα πολλὰ μουσικώτερος λέγων. Velim μουσικωτέρως.

(7) Editi, Διομήδη. A, Διομήδην. Respicit Diomedis cum Venere pugnam. — Quod sequitur μεμηνέναι scribendum esse obiter monebo apud Psellum inter Anecdota mea t. 3, p. 216, 5, ubi male : ἀλδαίνειν, μεννηνέναι.

(8) A, διὰ τῆς γλώττης πλάττειν. Permutationem literarum λ et ρ attigi ad Epist. 8, n. *. Ambiguitate verborum modesta forsan innuit auctor eunuchorum prave circa vetita satagentium fœdas libidines. Aristænetus 1, 21 : σύνεστι τῇ ποθουμένῃ, καθάπερ εὐνοῦχος, τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων. Ibi apposui p. 522 nomina eruditorum hominum qui talia, quod dicitur, illustrarunt, quibus addi volo Elmenhorst. ad Arnob. p. 162. Præposterum illum libidinis infandæ ardorem qui misello Cononi exprobravit vir doctus metuo ne fuerit eum calumniatus. De Conone exstat in Paralipomenis Analectorum t. 13, p. 695, epigramma ἄδηλον : Κόνων δίπηχυς, ἡ γυνὴ δὲ τεττάρων· Ἐν τῇ κλίνῃ δὲ τῶν ποδῶν ἰσουμένων, Σκόπει Κόνωνος ποῦ τὸ χεῖλος ἔρχεται. Fuit quidem Conon statura brevior; sed unde novit commentator in tam obscœnam eum prorupisse fœditatem, ac res ore tetigisse ad quas os pertingeret? Fuit poeta paulo petulantior, interpres iniquior. Illius poetæ nomen, quod forte didici, non celabo lectorem. Codicem 2720 oculis percurrens, incidi in id epigramma cum adscripto lemmate : ἄδηλον, ἀστεῖον· τοῦ σατὰν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Si bene memini, eo dispositi sunt in codice versus, ut verbum ἄδηλον, etiam ἀστεῖον, possit ad præcedens epigramma referri, Ἀλφειοῦ στόμα φεῦγε ..., quod est inter Analectorum incerta 75.

(9) A, ἐπεὶ δέ. — Editi, οὕτω γὰρ καὶ ὄνος εἰ λακτίσειεν. A, οὕτως γὰρ καὶ ἡ ὄνος ἡμᾶς λακτ. Quod recepi mutato ἡ in εἰ. Nec ἡμᾶς, etsi absens parum id desideraverim, admissum nocet. Alciphro 2, 4, 12: τί σοι τηλικοῦτον γέγονεν ἀγαθὸν, ὅτι καὶ ψυχῇ καὶ σώματι καὶ πᾶσιν ἀλλοιοτέρα νῦν πέφηνας. Codices 2832, 3054, νῦν ἡμῖν πέφηνας. Nec hic pronomen repudiaverit lector criticus. Niceph. Gregoras Hist. 8, 7, p. 200, D : δίδαξον πῆ τὰς αἰτίας θετέον τοῦ τοσούτου δοθέντος ἀγαθοῦ :

Codex 2991, A : δ. ποῖ τ. αἰτ. θετέον σοῦ τοσ. δοθ. ἡμῖν ἀγαθοῦ : non admiserim ποῖ ob ea quæ sequuntur : sed lubens, cum τοῦ, σοῦ τοῦ τοσ. δ. ἡμῖν ἀγ. Idem Hist. 10, 2, p. 293, A : θρηνήσατε στόμα ἐκεῖνο, ὃ χθὲς μὲν καὶ πρότερον οἱονεί τι σίμβλον κατεφαίνετο μέλιτος. Et hic placet σίμβλον ἡμῖν κατεφ. ex eodem libro.

(10) Cf. ad Epist. 11, n. 8.

(11) Fere crediderim esse Σωκράτει glossema, quo periphrasis τῷ Σωφρονίσκου fuerat explicata. Si alius esset ordo, Σωκράτει τῷ Σωφρονίσκου, non hærerem. Philostratus V. S. 1, 16, 2 : καὶ γὰρ ἂν κἀκεῖνο ἄτοπον Σωκράτει μὲν τῷ Σωφρονίσκου μὴ ὁμοιωθῆναι αὐτόν. Ejici glossam ex eo loco suadet vir d., quam nullam esse puto, nihilque mutat codex 1696, nisi bene αὖ pro ἄν. Nec eidem Philostrato V. S. 1, 12, litem moverim ob scriptum τὸν Γρύλλου Ξενοφῶντα. Vere laboranti loco alii medebor 1, 18, 3, cui verba ἔπαινος Αἰσχίνου male sunt ab Oleario inserta. Illis caret codex 1696. Illa pro lemmate habeo; delerique ab Jacobsio me docuit Kayseri epistola humanissima. Sæpius glossemata contextum invaserunt. Vide p. 181, n. 2. Lucianus D. Mar. 6, 1 : τοῦ Δαναοῦ ἐκείνου θυγάτηρ μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτή. Codex 1310, τοῦ Αἰγυπτίου ἐκείνου ... Puto nomen Δαναοῦ, a glossatore adscriptum qui explicaret periphrasim τοῦ Αἰγυπτίου, serius genuinæ lectionis locum occupasse, et nunc demum eliminandum.

(12) Respectu ad dictum Socratis, apud Diogenem Laert. 2, 21, qui, mirante quodam quod calce ab homine protervissimo percussus, patienter toleraret, εἰ δέ με, inquit, ὄνος λακτίσειεν, δίκην ἂν αὐτῷ ἐλάγχανον;

Epist. μδ'.

(*) Editi, Πραμίδης. A, πριαμίδης. B, ῥιαπίδης, unde feci Πριαπίδης, quod nomen convenit homini satis libidinoso. Matritensis me destituit.

(1) Editi et A, ἔσομαι. B, ἔσο μοι. Hoc visum est melius. Cf. ad Epist. 29, n. 1. Est et ἔσο μοι Epist. 59. Sic δαιτυμὼν pro conviva Epist. 73; et apud Alciphronem 3, 18 : ἡ τοιαύτη οὐκ ἂν ἀτι-

μάζοι τὸ δαιτυμὼν εἶναι σὺν ἡμῖν. In Aristæneto 1, 5, τῶν δαιτυμόνων valet « convivarum » : ibi not. p. 316.

(2) Ald.VG sine τὰ, quod Comm. inclusit uncinulis. AB, τά.

(3) Ald.VG, ὑπερύμνους, quod Schneider. malam esse lectionem ait pro ὑπερχυχνίους. Est quidem ὑπερχυχνείους Q. Phys. p. 9, 3, ubi nota. Sed hic scripsi ὑπερχύχνους cum Commel. et AB.

(4) Comm. AB, ποιμαντικῆς. Ald.VG, ποιμενικῆς. Statim editi et A, Κορύδων. B, Κορύδον.

(5) Editi, τοῖς ὑπὸ τῆς σάλπιγγος θελγομένην ἠχ. A, τοῖς ἀπὸ τῆς (erasum hic fuit vocabulum) ὑποθελγόμενος ἠχ. B, τοῖς ἀπὸ τῆς σάλπιγγος ὑποθελγομένην ἠχ. Mutavi σάλπιγγος, quod omnino absonum est. Volebat Priapides lectum, syringis melodia juvante, concutere. Vide Notit. mann. t. 10, 2, p. 109, ubi ὑποθελγομένην præferre me significavi; nunc aliter sentio.

Epist. με'.

(1) Editi, ἡ δὲ ποθ. AB, ἀλλ' ἡ.

(2) Notissimum id genus compositorum cum adverbio τρίς. Fuit τρισάθλιε Epist. 38. Quod non est quidem annotatu dignum; sed inde mihi erit via ad Theodorum Prodr. Rhod. 6, p. 237, male scriptum : Ἄλλος βαρεῖαν ἐν χεροῖν ἄρας λίθον, Πρὶν ἂν προπέμψοι καὶ λάβοι κατὰ σκοποῦ, Βέβλητο τρὶς δείλαιος ὑγρᾷ σφενδόνῃ. Rescribo τρισδείλαιος, et omnino βάλοι, quæ verbi utriusque, βάλοι λάβοι, synchysis est obvia. Præterea offendo ad finalem pedem σκοποῦ, qui in legem toni peccat. Facile erit remedium transpositio, καὶ κατὰ σκοποῦ βάλοι. Sunt nonnulli loci eodem accentus vitio laborantes, quos non tam levi opera emendem; verbi causa, 6, p. 238 : Ψυχὰς συνεξεμοῦντες εἰς πεπώκεσαν. Non me tamen tenebit diu locus primo aspectu intricatior 5, p. 194 : Ἁλὸς πολιτῆς τῶν ἐπῶν λέγων μέσῳ, Ψευδῶς ἂν ὑπώπτευτο τοῖς πολλοῖς γραφὲν Εἰς τὸν τότε χροῦν τῆς ἁλὸς δεδορκόσι, Λέγειν δὲ καλῶς εἰ λέγει « πόντος μέλας ». Oportet scribi γράφειν. Pendent γράφειν λέγειν ab ὑπώπτευτο. Præterea εἰ λέγοι forsan

præstiterit. Facilior erit etiam emendatio loci 4, p. 178 : Τῷ τὰς ὑφ' ἡμᾶς ἐξαποσπάσαι πόλεις, Καί σοι παρασχεῖν ἀνελευθερώτατα· imo ἀνελευθερωτάτας. Rursus 4, p. 165, est mendum in hoc versu : Σοὶ λειοκύμων ἡ θάλασσα δείκνυται. An transponenda verba, Σοὶ ἡ θ. δείκνυται λειοκύμων? Tentabo alium etiam versum 3, p. 114 : Καί τοι τὸ πρᾶγμα δυσφόρως ἤνεγκεν ἂν Ὁ πρὶν λαβὼν, κἄπειτα κλαπεὶς τὴν κόρην. Forsan pronunciabat licentius poeta ἤνεγκέν ἀν. Monstravi ad Anecdota t. 2, enclitice posita in poetis id genus vocabula γὰρ, δέ : vide infra pag. 284. Potuerunt et particula ἂν sic abuti. Vel legendum, ἂν ἐνέγκαι, ἂν ἐνέγκοι. Ceterum si peccaverit auctor ipse, non librarius, suo id fecit periculo. Mendorum id genus Gaulminus, ex regulæ, ut videtur, ignorantia, numerum auxit. Quum invenisset sic scriptum codicem 5, p. 210, ἀποτρέποις, Ἄρες, Ἡμῶν καθ' ἡμῶν συγκροτούντων τὴν μάχην, Αὐτοὺς καθῆσθαι καὶ πλατὺν γελ...ελον, proposuit, πλατὺν γέλωθ' ἑλεῖν, quod nec lingua patietur nec metrum. Scripsit auctor, πλατὺν γελᾷν γέλον, vel γελᾷν γέλων potius. Illud rarius est nec Theodoro conveniens, qui habet γέλων alibi, v. c. 2, p. 62 : τὴν χαρὰν καὶ τὸν γέλων. Nec probabilior fuit Gaulmini critice 7, p. 294, legentis, invento τυπ... in codice, Πολλοὺς δι' αὐτὴν ὑπεδέξω κονδύλους Κατὰ προσώπου τῷ παλαμναίῳ τυπείς. Sed ab auctoris manu fuit forsan τύπῳ. — At diutius sum Theodoro immoratus. Redeo ad Theophylactum.

(3) A Commel. sine οἱ. B Ald.VG, οἱ. — Cf. similia Epist. 17 cum n. 10.

(4) Editi, ὀρθῶς. AB, ὀρθά. Quam varietatem adhibebo ut rursus Theodoro Prodr. Rh. 5, 217, si queam, prosim : Τὴν γὰρ φυγὴν εὕρηκεν εὐμαρέστατα. Repono, εὐμαρεστάτως. Possit et scribi εὐμαρεστάτην. Aliud hujus loci vulnus obiter tangam. Describitur Μωροῦ κυνηγοῦ καὶ παράφρονος πάθος, Ὃς πλῆθος εὑρὼν οὐκ ὀλίγων περδίκων, Κἀκ τῶν τοσούτων συλλαβὼν μίαν μόνην, Ἐξῆπτε πυρὰν ὡς ἂν ὀπτήσας φάγοι· Ἅπαν μὲν οὖν τὸ πλῆθος ἐκπτὰν Τὰς χεῖρας ἐκπέφευγε τοῦ κυνηγέτου· Τὴν γὰρ φυγὴν εὕρηκεν εὐμαρεστάτως, Τούτου κατεσθίοντος ἣν φθάσας λάβε. Post ἐκπτὰν desunt ad versus integritatem tres syllabæ quas e conjectura non improbabili restituo, ἐκπτὰν εὐθέως. Interim sic legamus licet, donec qui codices potuit inspicere Bassus nobis Theodorum ediderit.

Epist. μϛ'.

(1) A sine δέ. Theodorus Prodr. Rh. 3, p. 106 : Πρῶτος πρὸ πάντων γεύεται μὲν τοῦ κρέως, Φαγεῖν ἅπασι καὶ πιεῖν ἐπιτρέπει. Propono ἐπιτρέπων, vel φαγεῖν δ' ἅπασι, φαγεῖν δὲ πᾶσι : hæc illo potius. Nam etsi possit δὲ post μὲν abesse σχηματισμῷ τῷ καλουμένῳ ἀμερίστῳ, ut verbis utar scholiastæ Platonis ad Gorg. p. 107, videtur eo loco conjunctio pene necessaria.

(2) Editi, χαλινῷ. AB, χαλινοῖς.

(3) Editi et A, μήτε δέ. B, μήτε. Cf. ad Epist. 54, n. 1, ubi οὔτε δέ.

(4) Ald.VG, καὶ γὰρ ἀτ. τ. ζ. Comm. AB, et Monacensis apud Jacobs. ad Achill. p. 982, ἦν γάρ. B, ἦν γὰρ ἀτιθάσευτος, sine τὸ ζῶον. Nomen τιθασσὸς scribitur et per unum sigma. Verbo τιθασεύεσθαι in Eustathii Epistola 49, p. 352, 43, nil objicerem, si servata fuisset codicis scriptura τιθασσ.

(5) AB, τὸ εἶναι ἵππος. Jacobsius l. l. citat ut ex editione τὸ ἵππον εἶναι. Puto esse calami lapsum.

(6) Editi sic. A, πραότητα συνεκ. B, πραότητα μετεκέρασεν. Sub finem addidi ἵππος ex AB, supplementum valde languidum. Sed sibi constat auctor, qui supra dixerat, τῷ βουκεφάλῳ ἐποχούμενος ἵππῳ. Idcirco habui βουκέφαλος pro epitheto.

Epist. μζ'.

(*) A, nomine decurtato μνίων.

(1) Codex 1657, οὔατα. AB, οὐκ οἶδ' ὅπως. Editi, οὐκ οἶδα πῶς. Ceterum ob argumentum non dissimile comparetur Alciphro 3, 15.

(2) Cod. 1657, δίδου μοι αὐτός. — B, μεγάλοις δώροις μεγάλας ἀμειβόμενος χάριτας. Editi, μεγάλοις δώροις μικρὰς ἀμειβ. χάρ. A, quod edidi. Cf. Epistt. 74, 81.

Epist. μη'.

(1) A, ποθοῦντες καὶ τὰς ὕβρεις προσφέρονται· sic cum lacuna loco editi vocabuli γλυκείας. B, ποθ. γλ. κ. τ. ὕ. προσδέχονται. Multo vividius visum est προσφέρονται, quasi « vescuntur ». Ald.VG, γλ. κ. τ. τέρψεις προσφ.

(2) Editi, καὶ πλ. δὲ καὶ μάλ. πολλάκις ὡραΐζονται. Sequi malui ordinem verborum codicis A. Idem est ordo in codice B, nisi quod omiserit δὲ, formula καὶ — δὲ mutilata. Restituta conjunctio δὲ loco suspecto Hecubæ an prodesse possit judicent critici peritiores. Sic editus est poeta v. 157 : Τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα; Ποία δὲ πόλις; Quæ est in spondaismo nominis γέννα difficultas removeri posse videtur scripto : γέννα δὲ ποία; Secure magis Tzetzem tractabo, cui reddam utilissimam eam conjunctionem Chil. 4, 883 : Καὶ μέλλων πρὸς ἀπόπατον ἀποδραμεῖν ἐκεῖνος, Τὸν τοῦ κυρίου ἐκείνῃ παρεῖχεν ἐπενδύτην. Sic ἐκείνῃ se scripsisse profitetur editor pro vulgato ἑαυτῇ. Sed non animadvertit sic metrum lædi, quod accentum hac sede respuit. Legam Τὸν τ. κ. δὲ αὐτῇ. In hac vocula δὲ et accentu non semel sic peccatum est. Chil. 6, 848 : Ἄμορφον δ' εἶχε τὴν μορφὴν, παρά τινος κληθεὶς δέ. Non potest tono notari ultima syllaba. Scribendum κληθεὶς δε, cum enclitica δε, qua sæpe sic utuntur qui versus faciunt politicos. Similiter δε reponendum pro δὲ, Chil. 8, 129, 234; 11, 854; et καὶ Διονύσιόν δε, pro κ. Διονύσιον δὲ, 10, 824. Editio tamen aliis locis encliticam δε apte exhibuit, veluti Ch. 12, 550, 568, 584... Talis circa accentum finalem negligentiæ sæpe viri docti sunt accusandi, qui a summis scriptoribus quibus sunt innutriti ad istos infimi ævi poetastros se deprimunt. Quum sit sic scriptus Tzetzes Ch. 6, 749 : Ῥητορικὴν μὲν γίνωσκε τὴν δικηγόρων τέχνην, Τὴν βίβλον Ἑρμογένους δὲ σοφιστικήν μοι καλεῖν· esse κάλλειν in edit. Bas. monet editor nuperus; unde faciendum κάλει, sibi apte succedentibus imperativis γίνωσκε et κάλει. Fabricius, qui Bibl. Gr. t. 6, p. 70, mendum ibi inesse suspicabatur, καλεῖν tamen vindicabat allato Chil. 8, v. 18 : Ἐν παροιμίαις Δίδυμος καὶ Ταῤῥαῖος γράφουσι. Sed transpositio facienda : Ἐν παρ. γράφουσι Δίδ. καὶ Ταῤῥαῖος. Idem Chil. 9, 117 : Ἀγέρωχον τὸν ἔνδοξον οὕτως ἐτυμολόγει, Τὸν ἐποχούμενον ἄγαν ἐπὶ τοῦ γέρως· qui notavit recte editor duas deesse syllabas, addidit forsitan versus fine excidisse ἄλλων. Sed eo re-

cepto supplemento prius hemistichium adverbio ἄγαν claudetur, ac pravissimo accentu. Si voci ἄλλων adesset auctoritas, quæ nulla est, transpositio esset facienda, τὸν ἄγαν ἐποχούμενον ἐπὶ τοῦ γέρως ἄλλων. Fere malim ἄνδρα initio versus addere. Possit etiam legi: τὸν ἄγαν ἐποχούμενον ἐπὶ τοῦ γέρως ὄχου. Multa possunt tentari. Wakefield. in Thesauro Stephani Tzetzæ loco mutilo secure est usus, ac nemine contradicente. Theodosius Diac. Acroas. 1, 31: προσωποληψίαν Ἀφεὶς παλαιὰν, ὡς ζυγὸς γενοῦ σταθμοῦ. Monemur opportune σταθμοῦ ex tenuibus codicis vestigiis fuisse erutum. Non ea sede iambici dodecasyllabi σταθμοῦ scripserat auctor, sed potius στάθμης, etsi aliqua cum improprietate.

(3) Basilius ad Libanium inter Libanianas Epist. 1587: οἱ πρὸς τὸ ῥόδον ἔχοντες, ὡς τοὺς φιλοκάλους εἰκὸς, οὐδὲ πρὸς αὐτὰς τὰς ἀκάνθας, ὧν τὸ ἄνθος ἐκφύεται, δυσχεραίνουσι κ. τ. λ., quæ conferre jucundum erit, adeo est elegans patris eloquentissimi oratio. Philostratus Epist. 55: ταῖς ἀκάνθαις τῶν ῥόδων χαίρομεν, ὅτι ἐξ ἀγρίου θάμνου καὶ λυπεῖν καὶ κεντεῖν εἰδότος γελῶσιν ἐν τοῖς ῥόδοις.

Epist. μθ'.

(*) Epistola non est in B. A, λενίδης. Videtur Λεωνίδης restituendum Ephræmio Chron. 158: πατὴρ Ὠριγένους Φιλωνίδης εὕρατο μαρτύρων στέφος. Vocatus fuit ab omnibus Λεωνίδης Origenis pater. Vita Origenis in codice 2552, eadem illi quam ex Cedreno Suidas in Lexicon recepit, Ὠριγένης Λεωνίδην εἶχε πατέρα. Ac fere crediderim Ephræmii Φιλωνίδης Maii currenti calamo deberi, esseque in ipso codice Λεωνίδης, quum sit «Leonides» in ipsius Maii latinis.

(1) A, πρίαμος ὁ τ. θ. πρεσβευόμενος. Epist. 34 fuit πρεσβεύεσθαι sensu activo pro rogare, quod favet editæ scripturæ πρεσβευόμενον, quæ est et in Matrit. libro. Sed quum sit infra ἐπρεσβεύσαμεν, malui nunc passivum πρεσβευόμενος, « rogatus ».

(2) Bernard. Reliq. p. 108 notavit pluralem ἐχθρῶν esse hic positum pro singulari ἐχθροῦ. Debuisset parili modo θεῶν intelligere in Coluthi v. 121: Τηλόθεν Ἑρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων· Δειμαίνων δ' ἀνόρουσε· θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν. Quod proposuit θέων, « currens », est prorsus absonum. Potest θεῶν apte dici, vel de solo Mercurio,

quum sit Mercurius e deorum numero. Præterea non longe aberant tres deæ ad judicem venientes. Notabo insuper δὲ post θεῶν abesse codicibus, nec valde desideratum iri, modo distinguatur, λιγαίνων, Δειμ. δ' ἀνόρουσε · θεῶν ἀλέ...

(3) Editi, τόλμην. A et Monacensis Jacobsii ad Achill. Tat. p. 928, τόλμαν. A, φιλίαν, pro φιλανθρωπίαν.

(4) A, προσίεσο. Monacensis Jacobsii ad Achill. p. 729, προΐεσο. Vidit Jacobs. esse legendum προσίεσο, et contulit locum Epistolæ 53. Servavi ἐλέησον. — Quæ sequuntur, δακρύοις, οὐ μέλανι, τὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐγχαράξαντες γράμματα, ab eo sunt scripta qui Demadei dicti de Draconis legibus meminerat. Ἔοικεν, Demades ait in Tzetzæ Chiliadibus 5, 348 : ἄνδρες δικασταὶ, Δράκων ὁ νομογράφος Οὐ μέλανι, δι' αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι. Alii sæpe eamdem rem simpliciore forma narraverunt. D. Paulus : ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων. Ovidius : « Quascumque aspicies lacrimæ fecere lituras »... « Scribi- « mus, et lacrimis oculi rorantur obortis ; Aspice quam sit in hoc « multa litura loco ». Hieronymus Epist. Sel. 2, 6 : « istæ quoque « literæ testes sunt, quas lacrimis cernis interlitas ». Charito 4, 4, p. 95 : καταςπένδω τούτων μου τῶν γραμμάτων δάκρυα καὶ φιλήματα. Synesius Epist. 73, p. 220, A : τὸν νοῦν πάνυ σφόδρα προσέξεις τοῖς γράμμασιν, ὧν ἐγὼ πολλὰ κατέσπεισα δάκρυα. Et sic Synesius Epist. 123, quem locum protuli ad Aristænetum 2, 13, p. 692, et ipsum parilia loquutum.

(5) Ald.VG, τῆς σῆς καὶ σὺ φιλ. Comm., τῆς ἴσης καὶ σὺ φ. A, καὶ τῆς ἴσης φιλ. Bernardus Reliq. p. 78, pro Aldina lectione τῆς σῆς proponebat τῆς ἴσης. Est τῆς ἴσης καὶ σὺ in Monacensi apud Jacobs. ad Achill. p. 729.

(6) A, λύπη παρὰ σοί · repetitione injucunda.

(7) Commelinus μεγάλας uncis inclusit. Debuit potius καὶ sic includere. Nam videtur copula poscere alterum epithetum.

Epist. ν'.

(1) Cf. Epist. 41 init.

(2) A, εἰ δὲ καὶ ῥήτ... περισπούδαστα. B, εἰ δὲ ῥήτ. π. σ. κ. δικαστήριον καὶ βῆμα περισπούδαστον. Proponebam, ad Aristoph. t. 4, p. 264, legi περισπούδαστον, servatis pluralibus δικαστήρια καὶ βήματα, quod probum quidem esset et valde græcum, non tamen necessarium.

(3) B, ἀφεὶς καὶ χάρτας. A, καλαμῖδας. Etsi videatur aliquid esse in plurali quod plus habeat ἐμφάσεως, et sæpe ex varietatibus id genus plurale elegerim, reliqui editum καλαμῖδα, quod unam tantum thecam calamariam suspensus spissis cum chartis incederet Spiron. Sæpe male lecta compendia sic desinentias vocabulorum turbant. Philostratus V. S. 1, 7, 2 : δέει τῶν κατὰ τὴν Ῥωμαίων τυραννίδα. Quanto melius codex 1696 : δέει τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην τυραννίδων — De sequente imprecatione, ἐς κόρακας χώρει, vide not. ad Aristæn. 2, 12, p. 687.

(4) A sic. Editi et B, οὐ γὰρ συκ... πολιτεία προσίεται. De varietate jam monueram ad Eunap. p. 290.

Epist. να'.

(*) Non est Epistola in B.

(1) Matrit., πειρεᾶ. Mendum peperit pronunciatio similis vocalium αι ε. Theophylactus Hist. 8, 8, p. 206, C : τείχη ... ἃ δείμασθαι λόγος πρεσβύτης ἐρεῖ τὸν Ἀρκάδιον. Reponendum, αἱρεῖ. Nota est formula λόγος αἱρεῖ, quam variavit Sophocles, vulgaria vitandi studio, Aj. 993, his verbis, ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ· « tenet fama », ut T. Livius loquutus est.

(2) Male omnes dividunt post φιλία, nec aliter H. Stephanus, testimonio usus Theophylacti sub Προπόμπιος.

(3) A, προσαγωγήν. Recte προαγωγόν. Meminit τῶν προαγωγῶν γυναίων Epist. 54. Vide not. ad Aristæn. pp. 709, 716.

(4) Ald.VG, προσεῖπον, ἕνεκελ. ὁ σ. ἐρ. Quæ sunt media Commelinus uncis inclusit. A, προσ. ἐγώ, ἀπ. τ. δ. ὁ π. τ. γὰρ ὁ σὸς ἕνεκελ.

ἱρ. Vir d. ad Achill. Tat. p. 665, hunc locum frustra sollicitavit, Commelinianum supplementum ignorans.

(5) A, τὸ pro τῷ, quod est solenne. Philostratus V. A. 6, 36 : δοκεῖς μοι, ἔφη, διαφθείρειν τοὺς ὄρνις πρῶτον μὲν τὸ μὴ ξυγχωρεῖν αὐτοῖς τὸ αὐτῶν φθέγμα... εἶτα καὶ τὸ κάκιστα Ἑλλήνων αὐτὸς διαλεγόμενος μαθητὰς αὐτοὺς ποιεῖσθαι ἀφωνίας. Legam bis τῷ non τὸ, et π. καὶ ἀφωνίας. Codex 1696 habet καὶ nec id sine vi, et posterius τῷ. Est etiam σκότει pro σκότῳ, in A. Etsi sit electio fere anceps, prætuli quod plus habere fertur atticismi. Moschopulus Π. σχ. p. 135 : ὁ σκότος παρὰ τοῖς αὐτοῖς (i. e. τοῖς ἀττικοῖς), τὸ παρὰ τοῖς κοινοῖς οὐδετέρως σκότος. Vide Coray. ad Plut. t. 4, p. 426; interprr. ad Œd. C. 40; not. ad Eunap. p. 466. Habet tamen Noster genitivum neutrum σκότους Hist. 2, 9.

(6) Ald.VG, ὀμνύντι. A, ὀμνῦντι. Comm., ὀμνύοντι. Prætuli quod magis est atticum, ut in sophista atticista. Mœris : ἀπολλὺς, ἀττικῶς· ἀπολλύων, ἑλληνικῶς. Cf. Ep. 52, n. 8. Est tamen Ep. 73, διαῤῥηγνύοντα sine varietate.

Epist. νβʹ.

(*) Non est in B Epistola. Eam Socraticis a se editis adjecit Orellius, Commeliniana recensione usus.

(1) Editi et Matr., μεγάλης περιτύχωσι θήρας. A, μεγάλῃ περ. θήρᾳ. Quam sententiam præferendam esse dixi ad Aristæn. p. 284. Potest tamen esse dubitationi locus. Noster enim in Historia casum adhibet utrumque; dativum 2, 7; 2, 9; 3, 1, p. 62, A; genitivum p. 63, A : ὁ στρατηγὸς ἵππου τινὸς τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως περιτυχών· quo etiam loco præstaret dativus inter tot cumulatos genitivos.

(2) Editi sine ἀσκοῦντες. Apuleius Met. 8, p. 170 : « vervecem, non « asinum, vides, ad usum omnem quietum » : ubi multa Pricæus.

(3) Editi, πρὸς φιλάνθρωπον μετ.

(4) Ald.VG, συννέμονται καὶ γεραίρουσιν. Media exhibet A; Com-

melinus etiam, sed uncis septa. Commel., μηδὲν τῷ ποιμνίῳ λυμ. Accusativum A tenet. Supra Ep. 14 : τὸ ποιμνίον ἅπαν ὁ σὸς ἐλυμήνατο παῖς. Est accusativus et Epistt. 40, 41 ; Histor. 1, 8. De duplici regimine notavi ad Anecd. t. 3, p. 361, ad Eunap. p. 275.

(5) A, καὶ τὸν τρόπον τῶν λύκων. Nullius est hic momenti transpositio; est ubi valde proderit. Scymnus Fragm. v. 47 : Οὐ δυνατόν ἐστιν ἀπὸ ταύτης χώραν ἰδεῖν, Καίπερ ἀπεχούσης ἀπὸ τῆς ἠπείρου στάδια.. Propono legi : Οὐ δ. ἐ. ταύτης ἄπο χ. ἰδ. Κ. ἀπ. στάδια τῆς χώρας ἄπο. Debemus Basso Notis ad Expeditionem Scientif. in Moream, t. 1, p. 32, inscriptionem hanc : Οὐ τὸ θανεῖν ἐστι κακὸν, ἐπεὶ τό γε Μοῖρ' ἐπέκλωσεν, Ἀλλὰ τὸ πρὶν ἡλικίης καὶ γονέων πρότερον. Invertenda verba, οὐ τὸ θανεῖν κακὸν ἐστὶν, ἐπεὶ ..., et delendum τὸ ante πρίν.

(6) Vide ad Ep. 42, n. 2, de pleonasmo adverbii μᾶλλον. — Mox A, ὑπεραναβλύσει.

(7) Editi, ἐς. A, εἰς. Supra Epist. 22, vidimus τὰς εἰς ἄκρον εὐεξίας. Ibi not. 7.

(8) Editi, περιγανοῦντος. A, περιγαννῦντος. Quod prætuli. Cf. n. 6, ad Epist. 51. Noster Hist. p. 10, B : στυγνὸν τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος, καί μοι δοκεῖ τοῖς βασιλεῦσι παρεγγυᾶν μετριοπαθεῖν ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις καὶ μὴ περιγάννυσθαι καὶ φρυάττεσθαι τῇ πενθίμῳ ταύτῃ τῆς μοναρχίας στολῇ. Sed idem habet περιγαννούσης 1, 12.

(9) A, οἰνόφλιγας, permutatis ι et υ, quibus sonus idem est. Aristophanes Thesm. 26 : Ὁρᾷς τὸ θύριον τοῦτο; — νὴ τὸν Ἡρακλέα, Οἶμαί γε. — σίγα νυν. — σιωπῶ τὸ θύριον. Ut potuerit Mnesilochus dicenti Euripidi σίγα νυν respondere σιωπῶ τὸ θύριον, necesse fere esse videtur ut jam illa ætate maxima fuerit vocalium υ et ι auribus quidem affinitas; audierat scilicet Mnesilochus, vel audiisse se fingebat σίγα νιν. Psellus in Anecd. meis t. 3, p. 211, 5 : Τὰ δίχρονα δὲ δίσημα οἱ ἀριθμοὶ καλοῦσιν. Codex 1182, οἱ ῥυθμικοὶ καλ.., recte omnino. Male scriptum fuerat ῥιθμικοὶ, quod mutatum fuit in ἀριθμητικοὶ ab aliis quos citavi librariis, dein metri causa in ἀριθμοί. — Infra Ald.VG, ἀφαιρούμενος. A et Comm., ἀφαιρουμένης.

Epist. νγ'.

(*) Editi, Μίνθη P. A, μίνθης. B, μίνθων. Nomen habet homo rusticus ab μίνθῃ, ab herba mentha.

(1) Editi, Χρύσιππος. AB, χρύσασπις. Flumen nec hoc novi nec illud. Sunt in illorum sæpe sophistarum geographia nomina prorsus ficta. Sunt et quæ non ipsi finxerunt, sed interpretes. Theodorus Prodr. Rhod. 6, p. 246 : Ἥγοντο πάντες Ἀμφίπου τὸν λιμένα. « Amphipum portum » Gaulminus in latinis exhibet, de quo ne somniavit quidem Theodorus. Repone quod scripsit divisim, ἀμφί που τὸν λιμένα· videlicet « prope portum ». Notum sæpe particulam που sic poni cum περί· vid. not. ad Anecd. mea t. 1, p. 458. Sequitur et cum ἀμφὶ poni posse. Eustathius Epist. 18 : διέτριβεν ἐκτεθεὶς πρὸς Ἑλλήνων περί που τὴν Λημνίαν ἀπάνθρωπον ἔρημον Φιλοκτήτης ... ὑπετρέφετο δὲ ὅσα καὶ θὴρ· ὕδωρ δὲ διώκει τοῦτον ... γῆς ἐναπομεῖναν κοιλώματι καὶ κηρίοις, ὅσοις ἐπάλαιε, τοῖς δεινοῖς. Mirum est κηρία dici δεινὰ et παλαίειν κηρίοις Philoctetem. Legendum, quod legi in codice : ... κοιλώματι· καὶ μυρίοις ὅσοις ἐπάλαιε τοῖς δεινοῖς.

(2) Editi, ἠλίθιον, ἀλλότριον ἐπαγγέλλεται· ἀλλ'. A, ἠλίθιον, ἀλλ'. Integrum locum dedit B.

(3) Editi, δικαστηρίου. AB, δικαστηρίων.

(4) In στερούμενος claudunt epistolam B Ald.VG. Reliqua dedit A; dedit, sed intra uncos, Commeliniana, in qua ψήφῳ διαιτητῇ. Addas Kimedoncii versioni : « et calculis arbitri punitus ».

Epist. νδ'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Matrit., μηδὲν τοῖς ἀνθρώποις περισπ. Editi, οὔτε δέ. A sine δέ. Conf. n. 3, ad Epist. 46.—A, προσκορές· et pro καθέστηκε exhibet spatium vacuum. Est in hoc verbo vitiatus Dion Chrys. Or. 56, p. 290 : ἢ οὐκ ἀνέγνωκας τοῦτο τὸ ἔπος Κρατίνου; Ποιμὴν καθέστην αἰπόλος καὶ

βουκόλος. Codex 3009 : καθέστηκεν. Cod. 2958 : καθέστηκα αἰπόλῳ καὶ βουκόλῳ. Scribam καθέστηκ'.

(2) A Comm., ἐπεκύμαινες. Ald.VG, ἐπεκύμαινε. Hoc malui quam transitivum illud. Noster Hist. p. 10, C : πολὺ τοῖς θεαταῖς τὸ δάκρυον ἐπεκύμαινε. Et p. 11, C : πολὺς ἀνὰ τὸ ἄστυ ἐπεκύμαινε θρῆνος. Est tamen transitivum ibid. p. 16, C : ἀναζέσεις αἵματος μέγαν τῷ Χαγανῷ θυμὸν ἐπεκύμανε. Ibi malim ἐπεκύμαινε, ut est in Excerptis Legat. p. 45, 9, Commel. Vide n. 4, ad Ep. 15.

(3) A, διέστησαν. Mox A sine τῶν τε.

(4) Verba ταῖς τῶν πολ. sunt in Commeliniana inclusa uncis. A, ἀλόντων.

(5) Verba σύντονος ἀργρυπνία illustrata sunt a Tupio ad Long. § 14, p. 312. Fuit verbum παρώχηκε Epistt. 3, 35; erit παρῳχήκει Epist. 61; παρῳχηκότων κακῶν Epist. 73; παρῳχηκότι ἐνιαυτῷ Hist. 1, p. 27, A. Tzetzes Chil. 8, 261 : τοῖς πάλαι πρὸ ἡμῶν παρῳχηκόσι χρόνοις.

(6) Ald.VG, πρεσβείας, τὰς σπονδὰς, τοὺς ὅρκους, ἃς διά. Comm., πρεσβείας, τὰς σπονδὰς, τοὺς ὅρκους, οὓς διά. Quam lectionem præ altera damnat Bernardus ad Nonnum t. 1, pag. 251, damnandus ipse. Nam Aldina lectio prorsus est intolerabilis. Manifestum enim est, ob syllepsim verbi ἐσπείσω, præcessisse τὰς σπονδάς. Legitimum ordinem restitui, favente paululum A, in quo, πρεσβείας, τὰς σπονδὰς ἅς, cujus codicis librarius videtur ὅρκους omisisse, ne solœca fieret oratio.

(7) Ald.VG, προσαγωγῶν. Comm. recte, προαγ. Vide ad Epist. 51, n. 3. Phavorinus : προπέμπειν ... κυρίως ἐπὶ τῶν προαγωγῶν οὓς οἱ ἐρῶντες ἐπὶ τὰ παιδικὰ πειρώμενοι πέμπουσιν ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν.

(8) A, ἀμερίμνως ἀφ' ἑτέραν. Editi, μεταβαίνοντες.

(9) Aliter sentiebat Eubulus Athenæi 13, 13 : Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα Ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον; Ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν, Ἀλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ...

Epist. νε'.

(*) Matrit., χρυσασθένει.

(1) Matrit., τὸ μήν. Sæpe permutatæ sunt voculæ μὲν μήν. Choricius Villoisoni p. 58 : ἀλλὰ μὲν αὐτοὺς ἀεί ... Codex 2967 recte, ἀλλὰ μὴν ... Ibid. p. 62 : καὶ μὲν, εἰ καὶ σφόδρα φιλόψυχος ἐτύγχανεν, ὁ φόβος αὐτὸν ἀνθεῖλκε πρὸς τὴν τελευτήν. Et hic codex recte, καὶ μήν. Idem p. 22 : οὐ μὲν πέφυκε τέκνα γονέας παιδαγωγεῖν. Rursus recte codex, οὐ μήν. Hesychius Miles. p. 4 : οὐδὲν ὑπολειπόμενος οὔτε τῶν πρὸς εὕρεσιν, οὔτε τῶν πρὸς κρίσιν, οὔτε μὲν τῶν πρὸς χρῆσιν. Bene codex 3025, οὔτε μὴν, bene etiam ὑπολιπόμενος. Theodorus Prodr. Rhod. 6, p. 233 : Λαβεῖν σιδηρᾶς ἐν χεροῖν λέγει σφύρας, Μικράς γε μὲν μάλιστα : imo γε μήν. Idem 7, p. 302 : Ὄμνυσιν ἡ μὲν ἐν μυχῷ ψυχῆς μέσῳ Πάντας φυλάξειν οὓς ἀπαγγέλλοι λόγους· imo, ὄμνυσιν ἦ μήν. Est cum verbis jurandi ἦ μὴν consueta formula. Æschylus Suppl. 281 : Μακράν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις. Codex 2886 : μ. γέ μινδηρίσιν, pro μ. γε μὴν δὴ ῥῆσιν, permutatis η et ι. Vulgata tamen aliis vindicari potest locis Æschyli, ubi est γε μέν. Quibus et novum addam, si codici eidem obtemperandum fuerit tam parum constanti. Ille igitur codex Eumen. 852, pro edita lectione, Καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα, exhibet, Καίτοι γε μὲν σύ. . . Idem Suppl. 1005 : Τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς· Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τί μιν Καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ. Codex 2886, βροτοὶ τι μήν. Propono : βροτοί, τί μήν ; Quæ formula affirmationis et alibi occurrit apud Æschylum. Vide Abresch. ad Eum. 203, coll. mea notula.

(2) Matr. B, διαπαντός. Kimedoncii versio « per omnia » mala est ; melius « perpetuo » in Genevensi. Ald.VGAB, ὑπνοῦν δὲ μετρίως. Sequor Commelinum, cui tamen reliqui μετέσχειν. Est Luxorii epigramma 31 in hominem qui per diem dormiebat, noctu vigilabat : « Sternis anhelanti fessus quod corde, Lycaon, Exhorrens « lucis munera parta dei, Et tibi vigilias semper nox trita mi- « nistrat, Jam scio te nostro vivere nolle die. Aut si tale tibi stu- « dium natura paravit, Vivus ad antipodas sis velut inde redi ». Poterit quidem « trita » fere defendi loco Senecæ Epist. 122, quem Luxorius respicere videtur : « non oportet id facere quod populus ;

« res sordida est, trita ac vulgari via vivere : dies publicus relin-« quatur; proprius nobis, ac peculiare mane fiat ». Sed, quum « nox trita » sit magna dictum cum improprietate, reponam libens e cod. Thuaneo, « stertis ... tetra ». In fine, facta distinctione, « Vivus ad antipodas, sis velut inde, redi », nihil forsan desiderandum erit.

(3) Seneca ibidem habet quod conferatur : « isti vero mihi de-« functorum loco sunt : quantulum enim a funere absunt, et « quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt? » — A, ὑπερκαθεύδειν. Pro ἤπερ, AB ἤ. De amissione particulæ περ monui p. 186, n. 7. Auctor De modo conscribendi epistolas, qui Proclus vocatus est in cod. 1630, Epistola reconciliatoria : σκοπὸς γάρ μοι θεραπεύειν ἀεὶ τοὺς φίλους ἐστὶν ἢ περιλυπεῖν. Melius codex, ἤπερ λυπεῖν.

(4) A, πλήστας. Sæpius obvia est illa vocalium η ει confusio. Tzetzes Chil. 12, 457 : Εὕρῃς πλατέως πάντα δὲ, εἰ θέλῃς, γεγραμμένα· imo θέλεις. Idem 8, 181 : Ὁ Τζέτζης κἂν ἀβίβλης γὰρ, κἂν γράφῃ καὶ σχεδίως Ἅπερ ὁρᾶτε σύμπαντα, καὶ τάχει ταχυτέρῳ, Εἴπερ ὁρῶν μετέγραφεν ἔκ τινων ταῦτα βίβλων, Ἀλλ' ὅμως ... Lego, τάχει ταχυτέρῳ ἤπερ ὁρῶν... Ducas Hist. p. 23, D : τὸν δὲ Μανουὴλ στέφει ταινίοις, καὶ βασιλέα ἀναγορεύει Ῥωμαίων. Debuit hæc Bekkerus a Bullialdo sibi transmissa secure servare. Quis enim inesse corruptelam suspicatus fuerit? Sed est in codice, στέφῃ ταινιοὶ, unde faciendum fuit Bullialdo, si accentus indicio paruisset, στέφει ταινιοῖ.

(5) Comm., καὶ σῆς. Bonum τῆς jam indicaveram ad Eunap. pag. 124.

(6) Noster similis sibi Hist. 1, 1 : ὅτε τὸν αὐτοκράτορα Τιβέριον τῆς ἐκεῖθεν ἔδει λοιπὸν μεταβήσεσθαι λήξεως.

(7) Sic jam est loquutus Q. Phys. p. 9, 2. B sine τις. Nil mirum excidisse τις, tam parvam voculam. Apollonius Tyan. Ep. 1 : ἐμοὶ πρὸς φιλοσόφους ἐστὶ φιλία· πρὸς μέν τοι σοφιστὰς ἢ γραμματιστὰς, ἢ τοιοῦτο γένος ἕτερον ἀνθρώπων κακοδαιμόνων, οὔτε νῦν ἐστι φιλία, μήτε ὕστερόν ποτε γένοιτο. Homini tam superbæ morositatis ego ex istis misellis grammaticis unus opem feram, restituens quæ amisit vocabula, in his τι, ex codicibus regio 3047, Mazarineo A 87 : Ἐμοὶ ...

πρὸς μέντοι γε σοφ... ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον γένος ... Cf. Dorvill. ad Char. pag. 564.

(8) Editi, χρώμενος. A, νηχόμενος. Noster Ep. 82 : τῇ θαλάττῃ τῶν θορύβων ὁ δείλαιος ἄνθρωπος περινήχεται. Statim Ald.VG sine τόν. Cf. n. 7, ad Ep. 24.

Epist. ϛʹ.

(*) A, αἰγηρω. Fuit id nomen proprium Epist. 5. B caret epistola.

(1) A, αἱ συκίαι... τὸ ὑπό. Comm., [ἔτι]. Mox A, ἀφελκόμεναι. Editi, ἀφελόμεναι. Eustathius Epist. 53, κυήματα eadem figura ad fructus transtulit: τοιοῦτο δὲ ἡ τέχνη τῆς φύσεως· οὐ σπαργανοῖ καθ' ἓν ἅπαντα τὰ κυήματα. Codex satis nitide, ut minime dubio sit locus, τοιαύτη, non τοιοῦτο. Qui Eustathianas Epistolas e codice descripsit nonnusquam circa compendia titubavit. Eadem pagina Ep. 54 nomen inauditum reperisse sibi visus est: ἐπεὶ δρίον ὄρειον τὰ πολλὰ τὸ φυτόν. Sed codex compendio obvio, ἐπειδὴ ὄρειον...

(2) Ald.VG, ἔργοις. Idque bene. Psellus Encomio pulicis inedito, editionis futuræ p. 83 : οὐδὲ τοῖς ἐκείνου ἔργοις λυμαίνεται ἅπερ ἀκρὶς καὶ ὀττάκος ποιεῖ. Retinui tamen ὅροις, Commelini et A scripturam. Intra fines agri Daphnonis ficus egerant radices, et lege fructus sibi vindicat vel omnes, vel dimidiam saltem partem. Sunt nota Institutionum verba De rerum divisione: « prope confinium « arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis « fit ». Ceterum tale negotium valde est ambiguum, nec me liti tam molestæ implicitum velim. Contrariæ sunt jurisconsultorum sententiæ. Vide Fr. Hotomani Observ. 1, c. 11.

(3) Theodorus Prodr. Rhod. 3, p. 133 : Κρατεῖ δ' ἐφ' ἡμῶν τῇ πόλει γέρων νόμος. Apud Hegesippum Epigr. 1, parmulæ votum est : Γηραλέα τελέθοιμι. Vide Jacobs. ad Mnasalc. Epigr. 3; ad Christodor. 135, coll. Boschio. Noster dixit τείχη, φρούρια, ξίφη, γεγηρακότα Hist. 1, 14, 15; 2, 9. Poterit etiam addi nota mea ad Nicetam p. 382, ad Agamemn. 288.

(4) Editi, πείθου. A, πείθουσι. Inde feci πείθου σύ. Permutari vo-

cales ι et υ nemo nescit. Vid. p. 289, n. 9. Philostratus Epist. 57: ἕπου, γύναι, καὶ σὺ τοῖς νόμοις.

(5) Puto in alio codice repertum iri ἐθέλεις. Cf. n. 5, ad Ep. 13.

(6) Ut noster καινὸν καὶ πρόσφατον junxit, sic πρόσφατον καὶ νέον Aristoteles Plutarchi Q. Nat. 2. Plutarchus Stobæi tit. 64, 32, de amore: ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. Joannes Chrys. Or. 3 De precat. ed. Ingolst. p. 168: τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ μάννα φύσις νεαρά τε καὶ πρόσφατος.

(7) A, ἡμετέρων ἐξοστρακίσωμεν.

Epist. νζ'.

(*) B caret epistola. A, πυρίας. Matrit., Φιλαινίδῃ.

(1) Matrit., καταιγόρει.

(2) Notum dictum Platonis Legg. 5, t. 6, p. 147: τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν. Quo usus est Plutarchus initio libri De amico et adulatore, ubi lege Wyttenb. notam; quo usus est et Theodorus Metochita Miscell. p. 358. Abiisse in adagium testatur Platonis scholiastes p. 247.

Epist. νη'.

(*) Editi et Matrit., Δάμασκος. A, δαμάσκιος. B, Πρωταγόρας Κρίτωνι.

(1) B sine γάρ. Quæ conjunctio, si detur Theodoro Prodr. Rhod. 4, p. 173, lacunam implebit hujus versus: Ἡ μὲν ἐδέδρακτο τοῦ χιτωνίου. Ad pyrrichium nemo offendat in Theodoro.

(2) Editi, μανθάνοντα. Ald.VG sine καὶ, quod est in Comm. inclusum uncis. AB, μαθόντα καὶ γενν. Mox Editi, ἀλγηδόνα. Cf. Epistt. 45, 72.

Epist. νθ'.

(1) V, ἔσομαι. Cf. ad Epist. 24, n. 6, ubi et de nomine συνέριθος.

(2) Editi, πεφράξομαι. A, περιφράξαιμι. Displicebat περιφράξομαι. B, αἱμασιαῖς τὸν ἀ. περιφράττοντι. De optativo pro futuro vide ad Ep. 21, n. 4. Xenophon Ephes. 3, 5 : οὐ γάρ ποτε ἑκοῦσα ἀδικήσαιμί σε.

(3) Accessit γείτονας ex B. Noster Ep. 83 : ὀδίτου γὰρ χεῖρες ἀκόλαστοι...

(4) Editi, ὁ λαγωός. A, οἱ λαγώς. B, ὁ λαγώς. Forma οἱ λαγωοὶ sine varietate occurrit Epist. 65, qui locus conferendus. Adde not. supra p. 200, n. 5.

(5) Ald.VG sine δέ. AB, δέ. Comm. [δέ]. Mox Editi sine καί. A, λέξοιμι.

(6) B, δυσκαταγώνιστον. A sine τό.

(7) Editi et B, συμπαρατάττου. A, συμπεριστάτει. Editi, συναντιλαμβάνου. AB, συλλαμβάνου. Hoc prætuli. Illud apud bonos scriptores non facile reperietur. Cf. not. ad Aristæn. 1, Ep. 10, p. 368.

(8) Editi et A, κἀγὼ δέ σε αὖθις τοιούτοις. B, κἀγώ σε αὖ τοῖς τοιούτοις. Mox B sine οἱ.

(9) B, τῷ μόχθῳ σοφ. Supra Epist. 52 : σοφίζονται τῇ μέθῃ μέθης ἐπίτασιν. An et hic legendum? τῷ μόχθῳ τὸν μόχθον σοφίζονται. Sed est τὴν τύχην σοφίζεσθαι Epist. 80; τοὺς ἐρῶντας, Epist. 18; τὴν φύσιν, Ep. 6.

Epist. ξ'.

(*) Editi, Ἄνθεια Βρίωνι. Matrit., Ἄθεια Βρίωνι. A, Ἄνθειω ὠρίωνι. Epistola non est in B.

(1) Cf. similia Epist. 72. Verba servitutis inter eroticæ orationis

ineptias sunt passim obvia. Plato Symp.: δουλεύειν ἐθέλοντα ἥντινοῦν δουλείαν παιδικοῖς· ibi Reynd. p. 57.

(2) A, λαΐδιος. Ald.VG, Σωστράτης ὁ Φρύγιος. A, σωκράτης ὁ φρύγιος. Comm., Σωκράτης φρυγίνας.

(3) In Stephani Thesauro sub Ὑπεροφρυόομαι hic locus fuit adpositus omisso participio ἔχοντα, lapsu, puto, calami. Est quidem non necessarium valde, sed in omnibus libris servatum.

(4) Ald.VG sine τό. Comm., [τό]. A, τὸ πάλαι. — Mox A et Commel. sine πρός. Id tamen vertit Kimedoncius, et ad Q. Phys. p. 105, eo interpunxit quo vides modo. Jam nemo, quod Genevensis fecit interpres, junget ἔφασκον πρὸς τοὺς ἐρῶντας. Ad sententiam ex multis similibus apponam Philostrati verba V. S. 1, 21, p. 517: πρεσβύτην ἐρῶντα ἔθελξεν, ἴσως που καὶ παραπαίοντα ὑπὸ ἡλικίας καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐρᾶν· καὶ γὰρ δὴ καὶ νέοι ἐρῶντες, οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτῶν ἑαυτοῦ νοῦν ἔχει. Codex 1696, τὸν ἑ. νοῦν.

(5) A, ἐμφανέστερον. Tota hæc sententia vix post præcedentia exspectabatur. Quod si sic scripserit auctor, significare voluit esse tantam impudentiam ferendum ac sperandum ei fines vel a tempore vel a fortuna impositum iri.

Epist. ξα΄.

(*) Epistola non est in B.

(1) Editi sine τῆς, quod ex A reponendum monueram ad Eunap. p. 230, ad Planudem p. 663. De tela illa Penelopes vide notas ad Aristæn. 1, 28, p. 607. Gregoras Hist. 5, 2, 5: ἀνέλυε τὰ τούτων προβλήματα, καθάπερ τινὰ Πηνελόπης ἱστόν. Psellus Opusc. ineditis, editionis futuræ p. 166: εἰ δέ τις, διὰ κλίμακος πρός τινα ὀροφὴν τῶν ὑψηλῶν ἀνιέναι βουλόμενος, μὴ ἀμεταστρεπτὶ ἀναβαίνει, ἀλλ' ἀντανελίττει τὸν πόδα καὶ ἀναλύει τῆς ἀνόδου τὰ μέτρα, ὥσπερ τινὰ Πηνελόπης ἱστὸν ἀνυφαίνων, ἆρ' οὗτος ἀναβήσεται ἐφ' ὃ προὔθετο;

(2) Ald.VG sine διάτορον. Comm., [διάτορον]. Cf. ad Epist. 1, n. 2, de cicadis.

(3 A, ἐτέρπετο. Sic sæpe compositorum præpositiones pereunt. Alciphron 3, 52 : τὰ ἐκ τῆς οἰκίας σκεύη καθ' ἓν ὥσπερ φώρια λαμβάνουσι : codex 2720, ἐκλαμβάνουσι. Phalaris Epist. 26 : δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκλογισμῶν λελοίπασιν : codex 1038, ἐκλελοίπασιν, quod placet. Idem Epist. 108 : με κάμνοντα λαβὼν, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρπασε νόσου : placet ejusdem codicis scriptura, παραλαβών. Ducas Hist. p. 23, B : εἴσειν ἐν τῇ πόλει Ἀνδρόνικος. Inde fecit probabiliter Bekkerus εἶσιν. Codex, εἴσισιν· legendum εἴσεισιν. Idem p. 169, A : καὶ τινὲς τῶν σῶν ἐδυνάμουν τὸν βασιλέα ἐν λόγοις γράφοντες· melius codex, ἐνεδυμάμουν. Æneas Gaz. Theophr. p. 83 : ὦ Πνεῦμα Ἅγιον, δι' οὗ ὁ Θεὸς ἅπασιν ἐμπνέων συνέχει καὶ διασώζει, καὶ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει· bene; sed melius codex, ἀνάγει.

(4) A, ἅλωνα. Editi ἀπήντα pro ἐπεφοίτα. Quibus cum verbis, παρωχήκει ἐκ τῶν βορείων ὁ ἥλιος ... καὶ ὁ χειμὼν ἐπεφοίτα τῇ γῇ, conferam Basilium Hexaem. Hom. 6 : χειμὼν μὲν γὰρ γίνεται τοῖς νοτίοις μέρεσι τοῦ ἡλίου προσδιατρίβοντος. Psellus Encomio pulicis inedito : τρεπομένῳ (τῷ ἡλίῳ) πρὸς νότον καὶ περὶ τὰς χειμερινὰς ὄντι τροπάς. Tzetzes Chil. 8, 297 : Τέως εἰς πόλον νότιον ὁδεύοντος ἡλίου Καὶ περὶ τὸν αἰγόκερων τὸν δρόμον ποιουμένου, Καιρός ἐστι χειμέριος. — Editi, γαληνιαίας. A sine ὄντας.

(5) Ald.VG, καὶ ὁ γ. Comm., [καί]. A sine καί. Copula, quæ nunc fere nocet, Eumathio opportunius dabitur Hysm. 9, p. 345 : καὶ περιπλακεῖσά με κατεφίλει, ὅλον με συνεπλέκετο. Codex 2897, καὶ ὅλον. Quam altera manu dedi Eumathio, altera voculam Ducæ eripiam, cujus verbis Hist. p. 9, 5, καὶ ταῦτα μαθὼν ὁ Καντακουζηνός, male fuit a Bullialdo addita.

(6) A, ἀλίαν. Comm., καὶ μύρμηξ, sine articulo, qui male excidit, ut et ex Eumathii Hysmenia 3, p. 65 : τὸν λοιδοροῦντα τὸ πῦρ, τὸν αἰσχυνόμενόν μου γύμνωσιν : imo τὴν γύμνωσιν, quod vidi in codice. Philostratus V. S. 1, 7, 2 : Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ: melius cod. 1696 e correctione, ὁ αὐτοκρ. Ducas Hist. p. 4, A : ἡ Μαγνησία μέχρι Περγάμου καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας. Codex 1310, πάσης τῆς Μαγεδῶν ἐπ. Idem p. 6, C : κατὰ τῶν Χριστοῦ λογικῶν προβάτων : cod. κ. τῶν τοῦ Χ... Sic peccavit Bullialdus homo doctus, homo tamen. Peccavit et homo Bullialdo doctior ac sedulior, homo tamen, in eodem Duca. Quum edidisset Bullialdus ad finem codicis ἐπισπεσὸν

p. 5, D, editor recens, non monito lectore, ἐπιπεσὸν edidit, pronunciatione ἐπεισπεσὸν scribi jubente. Bullialdus p. 5, C, ἐλήλυθην exhibuit pessime; editor recens ἐλήλυθα græcissime. Sed pronunciatio scribere ἐληλύθειν suadebat; et accentus etiam codicis, in quo ἐλυλήθην, id jubet. Circa verbum idem peccavit Bullialdus p. 14, D, αὐτόκλητος ἐλήλυθε scribens, reperto in codice ἐληλύθη, quod mutandum in ἐληλύθει. Bekkerus, vir summus quidem, non Œdipus, ἐλήλυθε ex Luparensi volumine repetivit, quum Bullialdi errorem ne suspicari quidem liceret. Sic p. 10, C, quum haberet a Bullialdo scriptum, θεοῦ παραχαρωροῦντος διὰ τὰς ἁμαρτίας τῶν τότε πολιτευομένων Ῥωμαίων, id omnino sincerum esse putavit ac putare debuit. Sed, pro ἁμαρτίας, est in codice ἀνομίας, ac Bullialdus properantior nomen synonymum vero substituit: in quod mendorum genus incidit sæpe librariorum calamus, incidit sæpe meus. Redeundum ad Theophylactum, quo narrante parvula magni formica laboris cibaria ἐν ταῖς λαγόσι τῆς γῆς deponit. Hesychius: λαγόνες, σχίσμα γῆς. Qua Hesychii glossa abusus esse videtur vir egregius, qui illam Chæremoni Athenæi 13, 87, admovet, confirmaturus inde posse λαγόνα τὴν ἀριστέρα de *scissura* sinistræ vestis intelligi. Sic autem Chæremon loco venustissimo virgines describens imminente luna saltantes: Ἔκειτο δ' ἡ μὲν λευκὸν εἰς σεληνόφως Φαίνουσα μαστὸν λελυμένης ἐπωμίδος· Τῆς δ' αὖ χορεία λαγόνα τὴν ἀριστερὰν Ἔλυσε. Sensus est, lævum alius latus nudavisse saltationem. Est λαγὼν omnino latus, non scissura vestis, nec vestis pars aut πτέρυξ. Potuit poetæ ipsum latus solutum dici, quum fuerit soluta tunicula.

(7) Ald.VGA, καὶ τοὺς πόνους. Sic repetendum mente fuerit κατέφευγε, quod structum cum ἐν ταῖς λαγόσι valde displicet. Comm. sine καὶ, quem sequor. Editi, ἱκέτευε δή. Statim A, φιλόπονα. Desinentias vitiat sæpius properantior calamus. Tzetzes Chil. 8, 29: Μέχρις ἑσπέρας τὰς καμπὰς ἐποίει ῥύμῃ, δρόμους. Forsan, ῥύμῃ δρόμου. Scymnus Fragm. 62: οἱ λεγόμενοι Μοσυνοικοὶ Τοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις καὶ ἔργοις βαρβαρικοῖς. Vitium inesse puto in fine adjectivi βαρβαρικοῖς· sed et alia etiam sunt. Reponam: οἱ Μοσυνοικοὶ λεγόμενοι Τοῖς ἔθεσι, νόμοις, ἔργοις τε βαρβαρικώτατοι. Idem conferendus Descr. 82: ἀξενώτατοι Ἤθεσι, τρόποις, ἔργοις τε βαρβαρικώτατοι. Theodorus Prodr. Rhod. 4, p. 185: Καὶ χρυσίον δοὺς τοῦ βάρους οὐ μετρίως. Lego μετρίου, de quo qui dubitabit conferat p. 313. Idem 8, p. 374: Δοῦλος δὲ

τούτους εἰσιόντας προφθάσας, Οἰκτρῶν καθῆρχεν ἀθλίοις μηνυμάτων. Lego κατῆρχεν ἀθλίως. Idem 2, p. 74 : Καὶ πῶς ἀέλπτως ἐμπεσὼν κοιμωμένην, Οὐκ ἂν ταράξω καὶ θροήσω τὴν κόρην. Propono, κοιμωμένῃ, Οὐκ ... vel, ἐμπεσὼν, κοιμωμένην Οὐκ ... κόρην; Idem 1, p. 22 : Ἀλλ' εἶχεν ἡμᾶς καὶ τέλος τὸ δάκρυον· imo ἡμῖν κ. τὸ δ. τέλος. Rursus p. 10 : Καὶ τὸ δριμὺ πρόσωπον ἐνθυμούμενος. Ultima vox syntaxim violat et rhythmum : reponas ἐνθυμουμένου vel ἐνθυμουμένῳ, suadente sententia. Parile mendum in accentu finali aliis Prodromi versibus nocet, facile corrigendis. Libro 1, p. 37 : Τὸ πῦρ πατῶν ἄκαυστος, ἐντὸς ἵσταμεν· leg. τὸ π. πατῶν, ἄκαυστος ἐντὸς ἱστάμην. Statim p. 38 : Ἐμβὰς ἐν αὐτῇ τὴν φυγὴν ἐστέλλομεν· imo, ἐστελλόμην. Rursus 3, p. 106 : Ταύτας θανόντι τὰς χοὰς τεθυκότες, Τούτων ταφέντι τῶν κρεῶν ἀπήρξαμεν. Reponam, τεθυκώς σοι vel τέθυκά σοι, et ἀπηρξάμην.

(8) Potest tolerari αὐτῷ. Menander historicus p. 108, D : κατέχεον ἀρὰς σφίσιν αὐτοῖς. Idem p. 112, D : ὕβρεις ἐς τὰ μάλιστα πικρὰς ὁ καθ' ὑμᾶς κατέχεέ μοι βασιλεύς· ubi citra necessitatem μου conjecit vir d. Genitivus quidem magis est in usu. Genitivo Noster ipse est usus Epist. 10 : ἐγὼ δὲ πλατὺν γέλωτα τῶν σῶν καταχέω δογμάτων. Noster etiam Hist. 2, p. 33, B : εἰς τοσοῦτον ἐληλάκει φρυάγματος, ὡς γέλωτα τῶν ἀγγελλόντων καταχέειν πλατὺν ὡς περὶ φληνάφου τοῦ πράγματος. Mythographus inter Æsopica Corayi p. 334 : ὁ δὲ μύρμηξ γέλωτι πολλῷ καταχέας· ubi monet editor : ὤφειλεν εἰπεῖν, γέλωτα πολὺν αὐτοῦ καταχέας. Ducas Hist. p. 18, A : ὕβρεις καὶ ἀτίμους λόγους οἱ τοῦ δήμου χυδαῖοι ἐκ τῶν προμαχώνων κατέχεον. Editis addidi ὕβρεις, qua voce carent, e codice. Qui locus infra respicitur : οἱ δὲ στρατιῶται ἀναμιμνήσκοντες τὰς ἀδολεσχίας, καὶ τῶν βαναύσων ὕβρεις ἃς κατέχεον ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ. Et hic novi quid subministrat diligentius lectus codex, τὰς ὕβρεις.

(9) Editi, θερεινῶν. Ald.VG, τρυφήν. Comm. A, τροφήν.

(10) Restituam obiter id nomen Alciphroni, sic edito 3, 46 : ὦ Τραπεζοχάρον, quum sit in codice 2720 : ὦ βέλτιστε Τραπ.

(11) A, τὰ γὰρ τῆς φ. Bene illa conjunctio remotius ponitur.

(12) Editi, παριὼν ἐπιστήμῃ. Sequor codicem. Verbo παρεάω usus est et Epist. 15.

Epist. ξϛ'.

(*) Epistola non est in B.

(1) Bucolicum nomen Κορύδων jam supra vidimus Epist. 44. A, ὁ κρομύδων, et infra κρομύδωνι. Iterum A dabit id nomen Epist. 80.

(2) A, τρυγόντων ὀρέγωνται. Sæpe in scribendis ω et ο librarius ille peccabat. Peccarunt et alii. Theodorus Prodr. Rhod. 5, p. 193: Ὑποτρέμοντα καὶ σκιὰς Ἀρταξάνην... Συλωμένων δὲ τὰς φρένας καὶ νοῦν ὅλον Γελωτοποιῶν καὶ μαγείρων ἀπάτας. Lego συλώμενον et ἀπάταις. Idem 4, p. 166: Οὕτως ὁ καλὸς εἰς λύρας Σατυρίων Πλαστὸς φονευθεὶς καὶ πεσὼν ψευδὴς νέκυς. Lego πλαστῶς, et propono εἰς λύραν. Utitur adverbio πλαστῶς 7, p. 294: Οὐ γὰρ μισηθήσεσθε πρὸς τῶν φιλτάτων Πλαστῶς φιλεῖν γυναῖκας ὑπωπτευκότων.

(3) Addatur id exemplum aliis aliorum eorumque proborum qui ἐλαία de fructu dixerunt, contra canonem atticistarum, quibus est ἐλαία arbor, ἐλάα fructus. In Ranis 1014: μόνον ὅπως μή σ' ὁ θυμὸς ἁρπάσας ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαιῶν. Sic nuper scripsit vir doct., non metri, inquit, causa, sed quod arbor significetur, non fructus. Optimorum codicum lectionem ἐλαῶν loco non moverim, etsi de arbore sit rarior; nec metro metuerim; nam poterit ἐλαῶν penultimam producere, ut ἀεὶ, ut κλάω et κάω.

(4) Editi, ταῖς νελοαῖς, quod Comm. inclusit uncis. A, νεολαίαις αὔλαξιν ἐφάμιλλη. Recepto νεολαίαις lucratus sum nomen græcum pro nomine nihili; sed sententia inde non exoritur quam locus poscit. Forsan Νειλῴαις. « Sulcis quos rigat Nilus ».

(5) Conf. ad Epist. 7, n. 2. Ad superiora de Ægypto et Danao cf. p. 20, 20.

(6) Editi, χαλκουχείας. A, χαλκουχίας. Hoc corrigebat H. Stephanus in Thesauro.

(7) Vide, qui de nomine βούπαις multis egit in sua ad me Epistola, Barkerum p. 226. Grævius, qui Lectt. Hes. p. 122 id voca-

bulum attigit, pro Theophylacto male citavit Alciphronem Ep. 62.

(8) Editi sine καί. Editi, αὐτῷ. A, αὐτοῖς ἐντέτακται τάξις. De mendo in ἐντ. pro συντ. vide ad Ep. 31, n. 6. Elegantem syringis comparationem illustrat Tibulli versus 2, 5, 31, ad quem et locos plurimos et imagines etiam ære cælatas Broukhusius adposuit : « Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo ». Illustrat et Calpurnius Ecl. 2, 32 : « Jam levis obliqua crescit tibi fistula canna ». Laboriosa est nec nitidissima syringis descriptio apud Achillem Tat. 8, 6. Ibi sunt quæ multum torserunt interpretes verba : καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἴσον ἔχων. Lego, ἕκαστος τ. πρ. ἧσσον ἔχων. Erit ἕκαστος ἔχων nominativus absolutus, nec ἕκαστος codicis auctoritate caret. Debetur ἧσσον Bernardo ad Nonn. t. 1, p. 224.

(9) A, κακίζεις ... ὅμως βεβούλημαι. Aristænetus 1, 5, p. 26 : προδιέθηκεν ὅπως ἀμφότεραι βουκολήσουσι τὸν πρεσβύτην· ubi glossator : ἐξαπατήσωσι. Vide ibi not.; coll. Goens. ad Porphyr. p. 119. Theodoretus Hist. Eccl. 5, 18, p. 221 : ὑπὸ τῆς ἐλπίδος βουκοληθείς. Theodorus Prodr. Rhod. 7, p. 317 : Ἐλπὶς γὰρ αὐτὸν δυστυχῆς ἐβουκόλει. Marcus Eremita p. 55 : οὕτως εὑρίσκεται ψυχὴ κατὰ μικρὸν ὑπὸ λογισμῶν ἀποβουκολουμένη. Noster Hist. 6, 11 : Πρίσκος ἀπεβουκόλησεν ὡς οἷόν τε τοῖς λόγοις πιθανῶς.

(10) A sine παρά. Comm. [παρὰ πᾶσιν].

Epist. ξγ'.

(*) Editi et Matr., χρυσῆς. AB, Χρύσης.

(1) Matr. AB, οὐκέτι. Potest fieri divisio, aut non. Notum est et numeralia sic coadunari vel dividi, πεντεκαίδεκα, πέντε καὶ δέκα, ἓξ καὶ δέκα, ἑξκαίδεκα, cetera. Male tamen adunari puto ἑπτακίδεκα, quod vidi in inscriptione a viro docto suppleta ad Exped. in Mor. t. 1, p. 29 : Τεῦξα τάφον ζήσας δι' ἐτῶν κεῖμαι ἑπτακίδεκα. Dividam compositum insolens, ac scribam etiam ζήσας ἐτέων. Quum lacuna lapidis recipere queat vel δι' ἐτῶν vel ἐτέων, hoc melius acceptu fuerit. Erit jam versiculi tenor : Τεῦξα τάφον· ζήσας ἐτέων κεῖμ' ἑπτάκι δέκα. Putavit poeta lapidarius, ferme ipse lapis, esse δέκα tro-

chæum, scilicet ε posse ut αι produci, quum idem foret utriusque syllabæ sonus. Eadem etsi contraria ratione αι corripitur, quod ε sit breve. Poeta Anth. P. 11, 109 : Οὐδ' ἐπικύψαι ἔχει Δημήτριος οὐδὲν ὁ μικρός· Ἀλλ' ἔῤῥιπται χαμαὶ πάντοτ' ἐπαιρόμενος. Est ῥιπται χα dactylus. Ni tamen scriptum olim fuerit, ἀλλὰ χαμαὶ 'ῤῥιπται. — Omittebam fere scripturam V, διδοτῆς.

(2) B, ἐπ' αὐτήν. Ceteri, ἐπ' αὐτῇ. Sæpe ν et ι in fine confunduntur. Philostratus Epist. 47 : οὐδὲν διαφέρει λίθων, καὶ παντὸς τοῦ μένοντος, ὧν τὸ ἑδραῖον ἀνάγκη πρόσεστιν ... imo ᾧ, ducibus codicibus regio 1696, Vaticano 140. Callistratus Stat. 4 : τὰ ἀναγκαῖα πληροῦν ἑαυτὴν τὴν ὕλην ἀρκοῦσαν. Conjecturam ἑαυτῇ recepit Olearius, idque bene fecisse videtur. Oportet enim sic legi vel αὐτήν. Scholiastes Eumen. 26 : λαγωοῦ δίκῃ καταπτήξαντι καὶ μὴ ἀνθισταμένῳ. Manifesta est correctio δίκην, ut putaverim δίκῃ esse mendum typographicum. Notissimam formulam τινὸς δίκην, in qua est δίκην pro τρόπον, sæpe adhibuit Noster, Epistt. 9, 15, 29, 62, 82, et Q. Phys. p. 11, 6. Et Æschylus, apud quem est passim obvia, eo ipso loco illam exhibet : Βρόμιος δ' ἔχει (cod. 2886 sine conjunctione) τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ, Ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς, Λαγὼ δίκην, Πενθεῖ καταῤῥάψας μόρον. Sed de ipso deo intelligendum λαγὼ δίκην, qui velut lepus Bacchabus dux fuerit, aut velut lepus Pentheo mortem intulerit. Usus vulgaris ejus formulæ, et ipse usus Æschyleus non aliam patitur syntaxim. Quod qui sensit scholiastes paraphrasim adhibuit, quæ sententiam parit optimam, sed ad quam vix ducunt verba ut nunc sunt scripta. An aliam habuit scripturam, versum alium nunc amissum, inter θεὸς et λαγώ? Tzetzes de fœminis Pæonibus πυγοστόλοις Chil. 10, 231 : Ἐνίοτε ὀστάριά τινα ἀστραγαλώδη Καὶ ἕτερα τοιαῦτα δὲ, δίκῃ βραχιονίων, Δεσμοῖς τισι συνδήσασαι βραχίοσι φοροῦσιν. Et hic velim δίκην. Exemplum adverbii δίκην præbet Theodosius Diaconus Acroasi 3, 157, in sententia corrupta : Τούτου λαλοῦντος τῆς ἀηδόνος δίκην, Αἰσθητικῶς ἔκαμνε πεντάδος μέτρον. Proposuit verisimillime vir d. αἰσθητικῆς· proponam etiam αἰσθητικῶν. Majore cum fiducia tractabo alium locum Acr. 2, 60 : Τῶν γὰρ πεσόντων δυσμενῶν ταῖς σφενδόναις Ἔταξε πέμπειν τὰς κάρας βελῶν δίκην, Ὡς ἂν τὸ λεπτόνητον αἰθέρος πλάτος Χαρῇ μολυνθὲν συμφορᾷ τῶν βαρβάρων. Quis facile intelligat quid sibi velit λεπτόνητος αἰθήρ? Propono λευκόνητον. Inficietur scilicet aeris albitudo sanguine e jactis capitibus stillante. Ostendi ad Planudem p. 119 permutari nomina λευκὸς

λεπτός. Theodosius ipse alio l. 1, 224, emendationem confirmat: Ἐπεὶ δὲ καὶ φῶς ἡμέρα προμηνύειν λευκοῖς χιτῶσιν ἤρξατο. Creusa in Euripidis Ione 890: λευκοῖς δ' ἐμφὺς καρποῖς χειρῶν. Propono λεπτοῖς. Opportunius dicet nunc Creusa, vim passa, manus se habuisse graciles et debiles, quam candidas.

(3) Editi, καὶ πῶς ἐρᾷς τ. ἀ. φιλοσόφως ἀνεχόμενος. A, κ. πῶς εἰ ἐρᾷς τ. ἀ. φιλοσοφεῖν ἀνεχ. B, κ. πῶς εἰ ἐρᾷς τ. ἀ. φιλοσοφεῖς ἀνεχ.

Epist. ξδ'.

(*) Epistola non est in B. Est addita Socraticarum editioni Orellianæ.

(1) Editi et Matr., γυμν. μὲν παιδ. ἀπαραιτήτοις παισί. Orellius proposuit, ἀπαραιτήτοις τοῖς π. A, γυμν. μ. καὶ π. ἀπαραίτητοι τοῖς π. τῆς ἀφροσύνης διδ.

(2) A, ἔτι φρονήσεως.

(3) Editi, χαλινῶμεν. A, χαλινοῦμεν. Id verbum sic translatum vide Epistt. 4, 32, 70.

(4) A, ἄγαμαι ἀναίδειαν. A sine σοι. Videtur simile pronomen σε excidisse e Luciano D. Mer. 5, p. 315. Codex quidem 2956: φιλῶ μέν σε, εἰ καί τινα ἄλλην. Editio Bip. sine σε. [Ex eod. cod. recepit Lehm.] Phalaris Epist. 1: χηρεύειν ὑπέμεινας ... πλείστων ἀγαγέσθαι βουλομένων· cod. 1038, ἀγαγέσθαι σε βουλομένων.

(5) Quum scripta sit epistola a Socrate Atheniensi, intelligendum de Barathro, in quod Athenis sontes præcipites mittebantur. Aristophanes Pluto 431: Οὔκουν ὑπόλοιπόν σοι τὸ Βάραθρον γίνεται· ibi schol. et Bergler. Plato Gorg. § 153: Μιλτιάδην τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο· ibi Heind. Himerius Eclog. 2, 7: τοὺς τὴν βῶλον καὶ τὸν κύαθον αἰτήσαντας τὸ βάραθρον ἀντὶ τῆς ἐκκλησίας ἐδέχετο· ibi Wernsd. Heliodor. 1, p. 25: οἱ δὲ τῷ δημίῳ παραδιδόναι καὶ ὠθεῖσθαι εἰς τὸ βάραθρον ἐδοκίμαζον· ibi Burdel. Appendix Stobæi p. 42: Μόνιμος ὁ κυνικὸς φιλόσοφος ἔφη κρεῖττον εἶναι τυφλὸν ἢ ἀπαίδευτον· τὸν μὲν γὰρ εἰς τὸν βόθρον, τὸν δ' εἰς τὸ βάραθρον ἐμπίπτειν. In Plauti Bacchidibus 114, Lydus exclamat: « O barathrum, ubi nunc es?

« ut ego te usurpem lubens! » Intelligo proprie de Barathro illo Attico, quum Athenis res agatur. Adde Larcher. ad Herod. 7, 133. Et fiet Barathri mentio Epist. 73.

(6) Ald.VGA, λόγος. Comm., λόγοι.

(7) Editi, κακίαν ἀνέχεσθαι. A, κακίας ἀπέχ. Permutatio præpositionum ἀπὸ et ἀνὰ notanda est. Libanius t. 4, p. 25, 16: ὥσπερ ἂν εἰ τότε Αἰήτης ᾔτει τὴν Μήδειαν, πόλεμον ἀπειλῶν εἰ μὴ λάβοι, ῥᾷστα ἂν ἀπέδωκεν Ἰάσων: codex 3017, Αἰήτης ἂν ᾔτει. Reposuerim, Αἰήτης ἀπῄτει.

(8) A, τὸ καθ. Editi, τοῦ καθ. Proverbium de Augiæ stabulo vide in Erasmi Adagiis 2, 4, 21. Lucianus Alex. 1: τὴν Αὐγείου βουστασίαν ... ἀνακαθήρασθαι πειράσομαι: ubi Jacob.

(9) Potest cogitari de Xantho illo Æsopi hero qui voluit ex pactione mare ebibere. Est verbum in A vulgarius ἐκμετρῆσαι, quo ducimur ad proverbium κυάθῳ θάλασσαν μετρεῖν, tractatum in Anecdotis meis t. 1, p. 397, n. 7. Est et proverbiale epithetum Ἀτλαντικόν. Supra p. 10: Ἀτλαντικὸν ὥσπερ πέλαγος θεωρίας. Psellus Oratione ad Constantinum Monomachum inedita in cod. 1182, p. 110, 1: ὅταν εὐεργετοῦντί σοι προσέξω τὸν νοῦν, τὸ Ἀτλαντικὸν ὁρῶ πέλαγος.

Epist. ξε'.

(*) A, βουκαλίων κισσυβίῳ. Comm., Βουβαλίων Βισσυβίωνι. Ald.VG, Βουβαλίων Κισσυβίωνι. Prætuli Κισσυβίῳ codicis, quod sit in Epistola Κισσύβιε vocativus sine varietate. Et qui scripsit βουκαλίων, voluit forsan scribere βουκολίων, quod nomen legitur Epist. 77.

(1) Editi, ξυνοριχεύεται. A, ξυνωρ. Ad Aristænetum p. 542 hanc variantem præferendam esse monui, et contuli Aristophanem Nub. 15, Ἱππάζεταί τε καὶ ξυνωριχεύεται, qui Theophylacto obversabatur. Tupius Emend. t. 2, p. 55, Theophylactum describens, ξυνοριχεύεται non mutabat, aliud agens.

(2) Editi, πανουργίαν. A, κακουργίαν. Hoc malui. Attamen et illud

placere potest. Theophylactus Hist. 2, 9, p. 43, C : προκαλύμματι ἀποδράσεως περιπέττειν ὅ τι ἂν αὐτοῖς τὸ πανούργημα. Quem locum jam adposueram ad Aristæn. ibid., ubi et Aristophanem contuli Plut. 159 : Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν. Imitationem Aristophanis jam indicaverat Tupius l. l.

(3) Ald. Gen., ἐνδημεῖ. A, εὐδημεῖ. Comm., ἐνδημεῖ. Permutatio non rara vocalium ει et οι. Procopius Epist. 80, ed. Mai. : δόξαις ἀνθρώπων προσκείμενος, ἐκμισθεὶς μὲν εἰς ἃ μὴ θέμις τὴν γλῶτταν· imo ἐκμισθοῖς. — Ut hic, juncta sunt in Callimachi Epigr. 33 λαγωὸς καὶ δορκαλίς.

(4) A sine μέν. Reddi poterit ea conjunctio Theodoro Prodr. Rhod. 7, p. 310 : Νῦν ὅποι γένοιτο καὶ τίνος βίου, Ἔφη Ῥοδάνθη, μηδὲ πυνθάνεσθέ μου. Lacunæ immitte μέν. Julianus Epist. 9 : ὃς, μετὰ πίστεως ἀνιχνεύσας αὐτὰ, γέρως ἴστω τευξόμενος ἐλευθερίας· εἰ δ' ἄλλως ... Codex 1964 : μετὰ πίστεως μὲν ἀνιχν.

(5) Verba τῶν στ. ἐπιβ. inserui ex A. Cf. Epist. 59, ubi ὁ λαγὼς τὰς ἀμπέλους ὄλλυσι.

(6) A, δορκαλίδος δὲ σπανὶς καὶ βουβαλίδος οἱ γείτονες λέοντες. Quod magna dictum est cum brevitate.

(7) Editi, ἀπαριθμήσαιμι. A, ἀπαριθμήσομαι. Cf. ad Epist. 21, n. 4, de optativo pro futuro. Tzetzes Chil. 12, 550 : Ἀνεψιοὺς εὑρήσειας καὶ τοὺς ἀδελφιδοῦς δε. Qui futuro usus est 12, 969 : ἱστορίαν Τριακοστὴν δευτέραν τε εὑρήσεις ἐν ταῖς πρώταις. Nam sic, non εὑρήσῃς, edendum erat. Non enim aoristus subjunctivi primus, sed secundus, pro futuro a recentioribus plerumque adhibetur. Sic est εὕρῃς « invenies » passim in Chiliadibus : cf. supra p. 253, n. 1.

(8) A, συνλιμώττομεν.

(9) A, ἀνυδρία.

(10) A, ἐπεὶ, pro edito ἐπειδή. Editi, καὶ σωφρ. τούτων οἱ σοί σε διδ. λ. Sequutus sum A.

(11) A, σπαραττόμενον. Medium in editis est futurum pro passivo, quod non est insolens.

(12) A, τὸ λοιπὸν ἐνδημήσειας. Editi, τολ. ἐνδημήσειεν.

(13) A, sine articulo, καὶ θήλ. Editi, μου. Ald.V, γέδιον. A, ἐφάπτεσθαι.

Epist. ξϛʹ.

(*) Epistola non est in B.

(1) A, σωφρ. ἔρωτες. Infra articulus ante ἔρωτες aberit absque varietate.

Epist. ξζʹ.

